scio cuꝫ ero similis uobis mendax. Si ergo quereret utrum chr̃s loquẽs de patre potuisset dicere ista uerba nõ scio cuꝫ: plana esset responsio. Diceretur enim ꝙ aliud est querere utrum chr̃s habuerit potentiam ad formãdum quecũq; uerba. ⁊ aliud utrum potẽtia illa potuerit uti ad formandũ uerba mẽdacij. Habuit enim chr̃s mẽdacij linguam guttur: ⁊ alia instrumenta naturalia per que poterat formare quecũq; uerba. in decẽs tamẽ erat ꝙ illa potẽtia uteretur ad formãdũ uerba mẽdacij. ⁊ qz nimiũ indecens in tanta sanctitate ut debet reputari impossibile ideo possum⁹ ꝓcedere ꝙ impossibile erat eũ uti lingua sua ad formanduꝫ uerba mendacij. Sic ⁊ in ꝓposito habuit enim cõplenta mẽbra per que quis potest exercere generationis actum. tamẽ qz indecẽs erat eũ uti mẽbris illis ad talẽ actũ. qz qõ est indecẽs in tali hoie debet ꝓ impossibile reputari: ideo possumus cõcedere eũ generare nõ potuisse. i. nõ decuisse. ¶ Possumus autẽ assignare quatuor rationes quare eũ nõ decuisset taliꝫ actus iuxta quatuor que chr̃s in se assumpsit de quatuor statib⁹ humane nature. Recitat enim magister. 16. di. tertiũ libri. ꝙ chr̃istus de omni statu hominiꝫ aliqd accepit. Status aũt hominis ꝛ ipm sunt quatuor. Unus ante peccatũ qui potest dici stat⁹ inocẽtie. Alius post peccatũ qui est stat⁹ nature corrupte. Tertius in gratia qui est status nature reparate. Quartus in visione aperta ⁊ in gloria qui erit stat⁹ nature glorificate. de primo statu chr̃istus accepit imunitatem peccati ⁊ originalem iustitiã. de 2° statu accepit carnem passibilẽ ⁊ mortalem. de 3° accepit plenitudinem gratie. de 4° accepit visionẽ apertam: qz fuit simul viator ⁊ comprehensor. ꝛm has quatuor vias uenabimur ꝓpositum ꝙ indecẽs fuisset chr̃istum uti mẽbris suis ad generationis actum. ¶ Prima via sic patet. naꝫ si chr̃s habuit imunitatem peccati ⁊ originalẽ iustitiã omnes vires inferiores in eo erãt subdite rationi ut nihil in eo ageretur nisi qõ ratio cõsulebat. ratio autẽ semper deprecabatur ad optima. Nõ enim solum dictat ratio fugiẽdum esse omne malum ⁊ agendũ esse omne bonũ: sed etiam dictat potius adherendũ esse bono ꝛm cõsiliũ ꝙ bono ꝛm indulgẽtiam ⁊ bono simplr̃ ꝙ bono huic. quicqd autẽ fuisset in statu inocẽtie: ⁊ qualiter fuisset generatio dimittamus. In statu tamẽ in quo nunc sumus ꝛm apostolũ ad cor̃. 7. status virginitatis est status ꝛm cõsiliũ: iuxta apl̃i sentẽtiã ibidem. de vginib⁹ autẽ ꝓceptum domini nõ habeo: cõsilium autẽ do. Status autẽ carnalis copule est statuꝫ indulgẽtie iuxta eundem ibidem ꝓpter nostrã incontinentiam: hoc autẽ dico ꝛm indulgẽtiam. ¶ Rursus status virginitatis est quid bonũ simpliciter. iuxta apostolũ ibidem bonum est homini mulierem nõ tangere. copula autẽ carnaliꝫ est bonuꝫ huic uel illi qui nõ potest cõtinere: eteni cum prius dixisset apostolus bonuꝫ est homini mulierem nõ tangere. statim subdit. ꝓpter fornicationem autẽ vnusquisq; homo suã uxorẽ habeat. simpliciter ergo bonũ est homini mulierẽ nõ tangere. tamẽ ꝓpter fornicationẽ cauendam illi qui non põt cõtinere bonum est ꝙ habeat suã. Indecens ergo fuisset in chr̃o in quo oia ꝛm rationeꝫ agebantur ꝙ ipse per apl̃m suũ dedisset de virginitate cõsilium aliꝫ ꝙ in se nõ obseruasset: nõ ergo cepisset facere ⁊ docere. ⁊ qz minima indecẽtia erit in eo. ipossibile ergo ꝛẽ. ¶ Secunda via ad hoc idem sumit ex eo ꝙ de 2° statu accepit carnem passibilẽ ⁊ mortalẽ. nam sic assumpsit ipse naturã passibilem: ꝙ ipsa natura nõ patiebatur. naꝫ sicut natura nõ hẽt per se esse: ita nec habet per se agere: nec per se pati. sed põt esse ratio actionis ⁊ passionis. nõ ergo debemus ꝓcedere ꝙ humana natura pateret in chr̃o: sed ꝙ ipse dei filius patiebat ꝛm humanam naturam. vnde dam̃. 3° libro. c. 34. de crucifixione ⁊ passione ait. Qz nõ nature hoc fuit sed in postase os. vnde cõcludit ibidẽ ꝙ ipse chr̃s passus est. ipse ergo dei filius existẽs in duabus naturis: nõ passus est in duab⁹ naturis: sed altera tm̃. omnes ergo actiones ⁊ passiones que gerebant circa personã chr̃i attribuẽ de erãt ipsi suppposito ⁊ ipsi dei filio. ex hoc aũt argui potest ꝙ nõ decebat eũ dare operam carnali generationi. ¶ Tertia via ad hoc idem põt sumi ex eo ꝙ de 3° statu accepit plenitudinẽ gratiarum. nam cũ status virginitatis dignior sit ꝙ status carnalis copule: ipsa plenitudo gratiarũ que fuit in chr̃o nos docet ꝙ non decebat eum dare operam carnali copule. ¶ Quarta via ad hoc idem sumit ex eo ꝙ accepit de 4° statu: ut quia accepit visionẽ apertam. in illo enim statu per sniam euangelij: nec nubent: nec nubent: sed erũt sicut angeli dei in celis. Nõ ergo decebat chr̃m qui iam erat cõprehensor ꝙ ipse intẽderet carnali copule. argumẽta tamẽ ambo sunt sophistica. ¶ Ad primũ ergo cũ arguitur ꝙ si chr̃s generasset coicasset genito esse diuinum ⁊ ita ingenerasset deũ. dici debet ꝙ nõ sequitur. sileni ꝛm humanã naturam genuisset cum illa humana natura habeat esse per esse uerbi: ⁊ sustentaret in suppposito diuino nõ ꝓpter hoc genuisset humanam naturam habentẽ esse per esse diuinum: nec ꝓpter hoc genuisset suppositum diuinũ. Nam cũ generans trãsmittit naturã: ⁊ transmittẽdo naturam dat formam cõsequentem transmutationem illam: ⁊ dando formam dat esse quod fluit a forma: ⁊ qõ causatur ab ipsa. naturale ergo est ꝙ generans cũ dat formam ꝙ det esse ꝛm illam formã. ideo si chr̃s genuisset ꝛm naturã humanã genuisset suppositum in natura humana. naturale ergo est ꝙ sicut genuisset suppositũ in natura creata ita dedisset ei esse creatũ. potuisset aũt miraculose aliqua ꝓsona diuina assumere naturã illam ad quã terminata fuisset illa generatio. naturaliter tamen chr̃s genuisset purũ hoiem ⁊ nõ deũ hoiem. ¶ Ad illud aũt qõ obiciebat in cõtrarium ꝙ actiones sunt suppositorum. ⁊ ꝙ suppositũ uerbi habẽs in se naturã humanã poterat agere oia que erant ꝛm naturã illam. patet solutio per ia dicta. qz sicut chr̃s habuit linguã per quã poterat oia uerba formare tñ qz indecẽs erat ꝙ per illã linguã formarent uerba mẽdacij. ideo dicimus eũ nõ potuisse mẽtiri: ita habuit mẽbra per que exerceret gñatio: tñ qz nõ decebat eũ exponere mẽbra illa tali opi: ideo eo modo quo nõ poterat idecẽtia facẽ dici mus ipm generare nõ potuisse.

Questio. IIII.

Tertio querebatur de processione

t spirit⁹ sancti. Utrũ ꝓcedat imutabiliter a patre. ⁊ videt ꝙ nõ. Quia qõ ꝓcedit per modũ uoluntatis est uoluntariũ: sed qõ est uoluntariũ non est necesarium. Sed ꝓcessio spiritus sancti est per modũ uoluntatis. ergo est uolũtaria ⁊ per cõsequens nõ necesaria. ¶ In cõtrariũ est qz ꝓcessio illa nõ potest non esse: ergo necessaria ⁊ imutabilis. ¶ Ꝛ° dicendum ꝙ per ea que sunt in nobis dat nobiꝫ aliq̃ via ad itelligẽdũ ea que sunt supra nos. videam⁹ ergo in nobis utrũ aliq̃ de necessitate uolum⁹. ⁊ si uolum⁹ aliqd de necessitate: utrũ illud uelim⁹ imutabilr̃. per hoc eni inuestigare poterim⁹ quõ aliq̃ deus uelit de nec̃itate ⁊ imutabilr̃. ex hoc etiã apiet nobiꝫ quõ ꝓcessio spũs sci sit necessaria: ⁊ imutabilis. ¶ Propt qõ sciẽdũ est ꝙ nos

aliqua de necessitate uolum⁹. Nā quilibet de necessitate vult eē beat⁹ ut ꝓbat aug⁹. 13. de trini. c. 3° ⁊ 4°. sicut enim ꝓncipia sunt per se nota ita beatitudo est a nobis per se uolita. Sicut ergo nō possumus per intellectū nō assentire ꝓncipijs cū nobis offerunt: ita nō possumus per uoluntatē nō uelle beatitudinē cuz de ea cogitam⁹. Illud enim qō est ex omni parte maluz de necessitate respuimus: qz nullus vult eē miser. illud autē qō est ex omni parte bonum de necessitate uolumus qz quilibet vult eē beatus. illud autē qō est ex aliqua parte bonū ⁊ ex aliqua nō bonuz forte quia habet aliquā amaritudinē uel grauitatē annexā possumus uelle ⁊ nō uelle beatitudinē: ergo de necessitate uolum⁹: ſz nō eam imutabiliter uolum⁹. ¶ Immo nobis contingit tripliciter mutatio circa ipaz. vna ex parte tēporis. alia ex parte obiecti. tertia ex pte modi uolendi. Ex parte tēporiſ quidem: qz nō semp uolumus. vnde licet quilibet de necessitate uelit eē beatus: nō tamē semp est in hoc actu uolendi: qz nō semp de hoc cogitat. ¶ Secūda mutabilitas est ex parte obiecti: qz licet omnes uelint esse beati: nō tamē oēs in eodē beatitudinē esse ponūt. sed aliqui in diuitijs: aliqui in uoluptatib⁹: aliq in vno: aliq in alio. ¶ Tertia mutabilitas cōtingit ex parte modi uolendi: quia licet de necessitate quilibet uelit esse beatus: nō tamē vult beatitudinē simplr postq̄ non vult agere ea per que potest beatitudinē consequi. Sicut ergo infirm⁹ vult sanitatē simplr si uellet sumere potionē amaraz. posito ꝙ alia via non posset sanitatē acquirere: sic ex quo quedam difficultas est in hijs per que acquiritur beatitudo: si uolum⁹ illa difficilia pati nō dicimur simpliciter beatitudinē uelle. Nō enim simplr uolumus finem nisi uolumus ea que necesse est nos consequi finem. ¶ Omnia autē ista contingunt: qz temporalitaſ cadit in cogitatione nostra. Etenim nostrum intelligere fit cū cōtinuo tempore ut dicitur in libro de memoria. Est enim in nostra cognitione quidā discursus quodā ꝓius ⁊ posterius: qz ꝓius intelligimus in potentia ꝙ in actu: ꝓius sub modo cōfuso ꝙ sub modo distincto. ita etiā quidam modus tēporalitatis cadit in consecutionē finis: qz sicut ea que fiunt in tempore uadunt de imperfecto ad perfectū. ita ⁊ cognitio nostra ⁊ cōsecutio finis in nobis de imperfecto ad perfectū ꝓcedūt de cognitione cū iaz diximus quomō sic se habet. ¶ Nam ꝓcedere de potētia ad actū de confuso ad distinctū est, ꝓcedere de iperfecto ad perfectū. qō etiā sic fit in habēdo finez patet. Nam licet ꝓius uelimus finē ꝙ ea que sunt ad finē nō tamē consequimur nec habemus finem nisi per ea que sunt ad finē. Unde ⁊ cōmuniter dicit ꝙ licet in uolēdo finis sit ꝓior hijs que sunt ad finez in consequēdo: tamē ⁊ habēdo ea que sunt ad finē ꝓcedit finē. ꝓius ergo adipiscimur ea que sunt ad finē: ut potionē ꝙ ipz finē ut sanitatē: ex hoc igitur in ꝓsecutione finis ꝓcedim⁹ de imperfecto ad perfectū: qz quādo habem⁹ ea que sunt ad finē habem⁹ finē in spe ⁊ iperfecte. qñ aūt iaz adepti sumus ipm finez habem⁹ ipm in re ⁊ perfecte. illi autē tres modi imutabilitatis quoſ assignauimus in uolēdo beatitudinē nostrā ex hijs oriunt: qz ꝓcedimus de iperfecto ad perfectū tam in cognitione ꝙ in ꝓsecutiōe finis: ut qz in cognitiōe finis ꝓcedim⁹ de imperfecto ad perfectū: qz ꝓius cognoscim⁹ in potētia ꝙ in actu: accidit mutabilitas in uolēdo beatitudinē ex parte tēporis: ut nō immutabiliter uelim⁹ beatitudinē: qz nō semp sumus in actu uolēdi eam: nec semp actu cogitamus de ipsa. ¶ Rursus qz in cognoscēdo ⁊ uolendo non solum ꝓcedimus de imperfecto ad perfectū: qz ꝓcedim⁹ de potētia ad actum: sed etiaz qz ꝓcedim⁹ de confuso ad distinctū: ideo accidit ibi mutabilitas ex parte obiecti. Nam in generali ⁊ sub modo ꝓfuso oēs dicūt se idem uelle: qz oēs ꝓcedunt se beatitudinē uelle. in speciali aūt ⁊ sub mō distincto magna est differētia inter uolentes beatitudinem: qz aliqui uolūt diuitias: aliqui honores: aliqui uoluptates: aliqui aliud ⁊ aliud ſm ꝙ in alio ⁊ alio beatitudinem ponūt. ¶ Tertius aūt modus mutabilitatis qz ⁊ si beatitudinē actu uolum⁹ ⁊ si eaz distincte ⁊ in ꝑa forma uolum⁹ ꝙ nō ꝓpter hoc eam simplr uolumus. sumit ex eo ꝙ nō solum in cognitione: sed ēt in cōsecutione, ꝓcedim⁹ de iperfecto ad perfectū. ut qz nō cōsequimur finē nisi per ea que sunt ad finē: qz possum⁹ nō uelle ea que sunt ad finē. dicim⁹ ex hoc non simplr uelle finē: ut qui nō vult potionē dicit nō uelle simplr sanitatē. sed si uellemus ea que sunt ad finez ꝓpt finē acquirendū: sed solū ꝓpter finē coicandū dato ꝙ non uellemus ea que sunt ad finē nō ꝓpt hoc minus uellemus finē. qz hoc posito ea que sunt ad finem nō deseruient nobis in acquirēdo finē. ⁊ hoc posito nō beremus ꝓmo finē in spe ⁊ iperfecte ⁊ postea in re ⁊ perfecte. oēs ergo iste mutabilitates circa uolēdo beatitudinē sumunt ex eo ꝙ sunt in nobis quedaz temporalitates ut appellem⁹ tēporalitatē modū ꝓcedendi de iperfecto ad perfectū. Nā ut dicebam⁹ hūc modū tenēt oia que oriunt in tpe vno. beatitudinē ergo nostrā ⁊ si de necessitate uolum⁹ hoc tñ nō est simplr: qz nō in mutabili uolūtate. ¶ His autē ꝓlibatis viam habem⁹ ad inuestigādū quō ꝓcessio spiritus sancti sit necessaria ⁊ imutabilis nō obstāte ꝙ ꝓcedat a deo patre ⁊ filio per modū uolūtatis: qz uolūtas diuina suā bonitatē ⁊ beatitudinē vult necessario ⁊ mutabiliter q̄uis uolūtas nra suā beatitudinē uelit necessario: nō tñ simplr qz nō imutabilr. Dicem⁹ ergo ꝙ sicut deus intelligēdo se generat uerbū. ita uolēdo ⁊ diligendo suā bonitatē spirat spūz sanctū. ⁊ qz necessario ⁊ imutabilr diligit: ⁊ vult suā bonitatez. iō ꝓcessio spūs scti est necessaria ⁊ mutabilis. ois eni natura intellectualis nec necessario vult beatitudinē suā. sed si nō vult eaz de necessitate simplr nec imutabilr. hoc est quia in cognoscēdo ⁊ uolēdo: ⁊ ēt in ꝓsequēdo beatitudinē illā ꝓcedit de iperfecto ad pfectuz: ut qz pr⁹ cognoscit ⁊ vult sub mō ꝓfuso ꝙ sub mō distincto: uel qz pr⁹ cōsequit ea que sunt ad finez q̄ ipm finem. Jn deo autem nihil hoz est. Nō eni deus ꝓcedit de potētia ad actū nec de ꝓfuso ad distictū: ⁊ iō nō vult alia a se ꝓpt suā beatitudinē acquirēdā: sed ꝓp suā bonitatē eis coicā dam. iō si nihil aliud a se uellet nō ꝓpt hoc minus suā bonitatē uellet. necessario ꝙ ⁊ imutabilr vult suā bonitatē ⁊ beatitudinē: ⁊ qz eā uolēdo spirat spūm scm. iō ꝓcessio spūs sancti necessaria ⁊ imutabilis dici debet: qui ꝙ bñ videt in deo nō est tpalitas. i. non est ibi ꝓcessus de iperfecto ad pfectuz manifeste cognoscit ꝓcessionē spūs sci necessariā ⁊ imutabilē eē. hāc aūt inuit aug⁹. 15. de tri. c. 26. qui ex dīa uolūtatis nre ad uolūtatē diuinā oñdit ꝓcessionē spūs sci necessariaz ⁊ imutabilē eē. Nā cū ipe pr⁹ ibidē oñdisset hūanaz mentē ⁊ uolūtatē ꝓcedē tpaliter de iperfecto ad perfectū: postea loquēs de deo ait. nō pñt autem ꝓrsus ista queri tpe nisi uel ex tpe icohaē ul' ex ꝓsequēti pficiat in tpe. q̄propt ut ait qui pōt itelligē sine tpe gñatione filij de pre: itelligit, ꝓcessionē spūs sci de utroq̄ imutabilr ꝓcedē. Ex hijs aūt appere pōt q̄re spūs scūs imutabilit, ꝓcedit. Creatura aūt mutabilit cū utraq̄

procedat per modum uolūtatis.nam deus de necessitate ⁊ imutabiliter vult bonitatē suam:nō autem de necessitate vult bonitates alias.sed si nullam aliā bonitatem uellet nisi bonitatē suā spiraret spiritū sanctū Si vō nullo modo uellet bonitates alias nec principaliter nec ex consequēti non produceret creaturā.⁊ quia bonitatē suam vult de necessitate.bonitates aūt alias potest uelle ⁊ nō uelle.ideo ut cōmuniter ponit productio spiritus sancti est necessaria:nō autem producto creature. ¶ Est autem diligenter notandum q̄ si deus uellet bonitates alias propter suam bonitatem ⁊ beatitudinem acquirēdam sicut nos uolumus ea que sunt ad finem propter acquirendū finem.tunc de⁹ non uolendo bonitates alias nō uellet simplr suā beatitudinē ⁊ bonitatem:sicut infirmus non uolendo potionē nō vult simpliciter sanitatem:sed quia ut dictum est deus nō vult bonitates alias propter bonitatem suam acquirendam.sed bonitatem suam eis cōmunicandam siue uelit siue non uelit bonitates alias semp simpliciter:⁊ de necessitate vult bonitatē suaz. Processio ergo spiritus sancti simpliciter est necessaria ⁊ imutabilis.Dicam⁹ ergo ad maiorem declarationem propositi.Q; deus vult bonitatem suā naturaliter.bonitates autem alias potest uelle ⁊ nō uelle. per modum ergo uoluntatis ꝓcedit spiritus sanctus prout uoluntas accipitur ut natura.per modum autē uoluntatis producitur creatura prout uoluntas accipitur ut uolūtaȝ.natura igit ut natura est ratio producendi filium.uoluntas ut natura est ratio producendi spiritum sanctū.uoluntas autē ut uoluntas est rō producendi creaturam.unde est ergo q̄ filiº ⁊ spiritus⁹ sanctus,ꝓcedunt imutabiliter ⁊ ab eterno:creatura autē mutabiliter ⁊ ex tēpore.ſm autem hunc moduȝ ꝓcedendi per modum uolūtatis quādo accipitur uoluntas ut uoluntas.loquit damascen⁹ de creatione reruȝ primo libro.c.8.dicens q̄ creatio in dei uoluntate existens nō est coeterna cū deo. ¶ Ad argumentū autē in oppositū dicendū:q̄ illud qō est uolūtarium:qz est a uoluntate ut uolūtas non est necessarium.sed illud qō est per modum uolūtatis:qz est a uoluntate ut natura:si natura illa sit imutabilis:oportet processionē illam esse per modum uoluntatis existentē eē imutabilem.⁊ qz hoc modo,ꝓcedit spūs sanctus.ideo imutabiliter ⁊ de necessitate,ꝓcedit. Questio.V.

POstea querebatur de ente creato ⁊ de pertinētibus ad creaturā.In entib⁹ autem creatis reperit absolutū ⁊ relatiuū.de utrisqȝ autē erat questio.Primo enim querebat de relatiuo postea de absoluto.De relatione autē siue de ente relato querebat:utrū relatio habeat propias species⁹ ⁊ propias differētias.⁊ arguebat q̄ nō:qz illud qō nō hēt nisi realitatē ex alio ut ex fundamēto:videt q̄ nō habeat nec species nec differētias,ppias nisi ex alio. hi⁹ est relatio:ergo rē. ¶ Preterea phs in 5º metaᶜᵉ uolens assignare species ⁊ dias relatiuoruȝ:assignat eas ſm differentias absolutoꝝ dicens: q̄ aliqua dicunt modo numeri.aliqua modo mensure.aliqua mō agentis ad patiens.hoc aūt non esset nisi relatio haberet species ⁊ differentias propias:ergo rē. ¶ In contrariū est:qz noia sunt consona rebus.cū ergo species ⁊ differētie relatiuoꝝ habeant propria noia distincta ⁊ differētias ab absolutis:oportet q̄ ipse species ⁊ differētie relatiuoꝝ sint alie ⁊ distincte ab absolutis. ¶ Rº dicēdum:q̄ aliud est querere utrū species ⁊ differētie relatiuoꝝ sint alie ⁊ differētes a speciebus ⁊ differētijs absolutoꝝ. ⁊ aliud est querere: utrū ista inotescant nobis per illa:sicut aliud eēt querere.utrū differētie substātiales sint alie a differētijs accidentalib⁹.⁊ utrū ille innotescant nobis per istas. Certū est enim q̄ substantia differt ab accidente:⁊ q̄ alie sunt differētie substantiales alie accidētales.attn differentie substantiales inotescunt nobis per accidētales:ut uolatile ⁊ gressibile:ꝛ sint differentie accidētales:qz uolare ⁊ gradi accidentia dicunt. Circūloquimur tamen per differētias istas differētias substātiales. Sic ⁊ in proposito differentie ⁊ species relatiuoruȝ alie sunt a differentijs ⁊ speciebus absolutoꝝ: innotescūt tamē nobis iste per illas. ¶ Duo ergo uolumus declarare. Primo uolum⁹ ostendere q̄ species ⁊ differentie relatiuoꝝ innotescunt nobis per species ⁊ differentias absolutoꝝ. Secundo declarabimuȝ q̄ iste sunt alie ⁊ differētes ab illis. ¶ Primū sic patet: nam ea que habent multū excellens eē ⁊ ea que multum deficiūt ab esse subterfugiūt cognitionē nostrā. vnde ⁊ ipse spirituales substātie que sunt prope deū: ⁊ ipsa materia que est prope.uel nihil:ut vult augustinus.12.confes.subterfugiunt cognitionē nostrā:⁊ non per seipsas:sed per alia cognoscimus ea ut materiam primā cognoscimus per anologiā ad formā.spirituales vō substantias per effectus.⁊ qz relatio minimuȝ habet de esse:ut vult commētator in.12.metaᶜᵉ.ideo multum subterfugit cognitionem nostrā.vnde ⁊ phs in predicamētis cum diffusius de relatiōe tractasset. ait in fine capituli.q̄ dubitare de singulis nō est inutile:significās per hoc ualde difficile esse aliquid de relatione cognoscere.Inde est q̄ in.5.metaᶜᵉ differētias relatiuoꝝ tanq̄ minus notas enumerat ſm differentias absolutoꝝ tanq̄ per magis notas. ¶ Habito q̄ differētie ⁊ species relatiuoꝝ inotescūt nobis per species ⁊ per differentias absolutoꝝ.restat oñdere quo modo hee sūt alie ⁊ differētes ab illis qō dupliciter possumus ostēdere. Prima sumitur prout relatio facit per se predicamētuȝ. Secūda sumitur prout facit per se predicamētum tale qō uocatur predicamētum relationis. ¶ Prima via sic patet.naȝ omne qō facit per se predicamētum distinctum ⁊ differens ab alīs oportet q̄ habeat species ⁊ differētias ab alīs distinctas ⁊ differētes. Nam diuersoꝝ generum ⁊ nō subalternatim positoꝝ diuerse sunt species ⁊ differētie. predicamenta autem de se inuicem nō differūt nec habent aliquid cōmune ad ea q̄ sit gen⁹ ad ipsa.ideo sicut sunt diuersa genera non subinuicem collocata:ita oportet q̄ habeāt diuersas species ⁊ differētias non subinuicem collocatas. Sicut ergo vnū predicamentum est diuersum ab alio ⁊ nō collocatur sub alio.ita species ⁊ differētie vnius predicamēti sunt differentes a differētijs ⁊ specieb⁹ alteri⁹ pdicamēti ⁊ nō collocant sub illis. ¶ Secunda via ad hoc idē sumit ex eo q̄ relatio constituit tale predicamētū videlicet relatiuuȝ. Nam prima ratio est multum cōmunis:⁊ arguit de omnib⁹ predicamentis.concludit enim q̄ non solum predicamentum relatiuum habet alias species ⁊ differentias a predicamentis absolutis: sed etiam q̄ vnum predicamentum absolutum habet alias species ⁊ differentias ab alio predicamento absoluto. Si ergo ostēdere possumus q̄ ipsa relatio habet aliquam specialem dīam ad ipsa absoluta:q̄ nō habent ipsa absoluta inter se:ostensum erit q̄ speciali mō species ⁊ differētie relatiuoꝝ differūt a speciebus ⁊ differentijs absolutoꝝ plus q̄ differāt species ⁊ differētie absolutoꝝ inter se.q̄ autem sic sit patet.videmus

enim q̄ omnia absoluta cōuūgunt in aliquo: ⁊ ut sunt ibi non faciūt nisi vnum predicamētum. sola aūt relatio non cedit: sed manet ibi fm propriam quiditatem ut patet in deo: ubi omnia illa predicamenta transeūt in substātiam. sola autē relatio manet ibi fm suā quiditatē. vnde aug⁹ 5° de trini. c. primo. vult q̄ deus sit sine qualitate bonus: sine quātitate magnus. nō autē vult q̄ sit sine relatiōe pater. si ergo in diuinis sūt duo predicamēta trīa: videlicet substātia ⁊ relatio. ut vult boetius in libro de trini. ly illa predicamenta nō sint eiusdem rōnis cum predicamentis in creaturis: quia nihil reperitur vniuoce hic ⁊ ibi: attamē eoipso q̄ oia absoluta ibi transeunt in substantiā: sola autem relatio ibi manet fm suam quiditatē. Arguere possum⁹ q̄ aliquā specialē differētiaꝫ ratiōe sue quiditatis habet relatio ab absolutis quā nō habet vnum absolutum ad aliud absolutum. ⁊ quia fm rōnem quiditatis aliquid collocatur in genere: sed species ⁊ differētie in vno predicamēto absoluto sunt alie ⁊ differentes ab hīs que sunt in alio predicamēto absoluto: cū relatio fm suā quiditatē hēat quādā specialem dīaꝫ ad absolutū quā nō hēt vnū absolutū ad aliū. ergo spēs ⁊ differētie relatiuoruꝫ ep̄z q̄ sint alie a speciebus ⁊ differētiis absolutoꝝ. ¶ Ad p̄m ergo dicendum: q̄ cum dicitur q̄ relatio non habet realitatē nisi ex fundamento: aut intelligitur hoc causaliter: aut formaliter. si causaliter uerū est q̄ realitas relationis fundatur in realitate fundamenti: ⁊ oꝫtum habet ex realitate illa. ly ex hoc nō sequitur q̄ hec sit illa: nec q̄ eedeꝫ sint species hui⁹ ⁊ illius. Nam ⁊ accidēs causatur ex substātia ⁊ fundatur in illa. nō autem ex hoc sequit̄ q̄ accidens sit substātia: nec q̄ eedem sint speciesꝫ ⁊ differentie accidētis ⁊ substātie. sꝫ si itelligatur formaliter q̄ eadem sit realitas relationis ⁊ fundamēti: aut itelligitur q̄tum ad esse: aut q̄tum ad quiditatem. si q̄tū ad esse uerum est. non est enim aliud relationis esse ⁊ fundamēti: quia non est aliud esse in subiecto similitudinis ⁊ albedinis. non enim plus afficit subiectuꝫ albedo ⁊ similitudo q̄ albedo solum. inde ergo est q̄ relatio ultra suū fundamētum nullam compositionē facit in subiecto: sed si intelligatur quātuꝫ ad rationem quiditatis ly hec realitas sit ab illa: quia realitas relationis est ex realitate fundamēti: tamen hec realitas fm quiditatē nō est illa: quia quiditas relatiua ⁊ alia absoluta. cum ergo oꝫdo predicamēti sumat̄ ex quiditate rei non est eius esse relatio: quia habet aliaꝫ quiditatē q̄ absolutū. habebit ergo alias species ⁊ alias differentias ⁊ totum oꝫdinem predicamenti habebit alium q̄ habeant absoluta. ¶ Ad 2^m dicēdū: q̄ phs distinguit differētias relatiuoꝝ fm differentias absolutorum: non q̄ hec sint ille: sed quia innotescunt nobis per illas.

Questio. VI.

p Ostea querebatur de ente creato quātum ad res absolutas. Et quantū ad hoc querebaꝫ duplr in generali ⁊ in speciali. In generali quidem querebatur utrū aliqua sit essentia que se habeat per indifferētiam ad esse ⁊ ad nō esse. ⁊ videt q̄ non: qz fm aug^m 7° de trini. c. primo. sicut se habet sapientia ad sapere potentia ad posse: sic se habet rei essentia ad esse. sed sapientia nō se habet indifferēter ad sapere ⁊ ad non sapere: imo magis respicit sapere q̄ nō sapere. ergo essentia nō se habebit per indifferētiam ad esse ⁊ nō esse. ¶ In cōtrariuꝫ est quia potest essentia intelligi sine esse: ergo est indifferēs ad esse ⁊ nō ad esse, ergo essentia nō se habebit per idifferētiā ad esse ⁊ nō ad esse. ¶ R° dicendū: q̄ aliqui p̄cedūt essentiam creatam quātum ad esse essentie habere eē reale ⁊ indifferēs ad esse ⁊ nō esse. dicunt enim q̄ accidit eēntie q̄ sit vna uel multa: uel q̄ sit particularis uel vniuersalis. Si enim intelligas ipsaꝫ essentiā nudam fm se: nec intelligas eā ut est vna nec ut est multa. semper enim intellectus absolutus ⁊ nudus ipsius rei p̄cedit intellectū relatuꝫ ⁊ comparatū ad aliud. Si ergo essentia dicit̄ multa ⁊ est particularis ut comparatur ad indiuidua: in quibus existit: ⁊ dicitur vna ⁊ vniuersalis ut comparat̄ ad intellectum: oportet q̄ fm se accepta sit prioꝫ: ⁊ precedat suū intellectū vniuersalitatis ⁊ particularitatis. fm hoc ergo dicūt isti q̄ essentia habet tripliciter esse: videlicet nature esse rōnis: ⁊ esse essentie. Esse autē nature habet ut est in ipsis rebus. esse aūt rōnis ut refertur ad intellectum esse aūt essentie ut consideratur fm se. animal eniꝫ ut aiunt ut est in suis singularibus cum accidentibus est res naturalis ⁊ habet esse nature. Consideratum vo sine suis accidentibus ⁊ ut est in anima: est res rōnis. acceptum vo fm se est res essentie ⁊ habet esse essentie. Volunt ergo isti q̄ esse essentie sit esse aliud ab eē nature ⁊ rōnis. ⁊ fm hoc dicūt rem esse indifferētem ad esse ⁊ ad nō eē. ¶ Sed hoc nō videt bene dictuꝫ nec intelligimus sic esse ut isti dicūt. Res enim considerata fm esse essentie habet eē rationis. intellectus enim est ille qui fertur in ipsam essentiā fm se. ipsa eni essentia creata fm se nō habet eē: sed solum habet cōsiderationem apud intellectū. Esse ergo essentie, put est aliud ab esse nature est esse rationis: ⁊ fm intellectum. Esse igit̄ essentie ab esse vniuersalitatis nō differt q̄ vnū sit rationis ⁊ aliud nō: qz utrūq; est rōnis. sꝫ vnū est ratiōis tanq̄ intentionis p̄me. aliud est rationis tanq̄ intētionis secūde. Dicamus eniꝫ q̄ ly intellect⁹ recipiat a fantasmatib⁹ species: tamē recepta in itellectu recipitur fm modum intellectuꝫ. recipitur ergo sine hic ⁊ nūc. ⁊ qz vnūquodq; agit fm exigentiā sue forme. intellectus per speciem quā habet apud se ferē in ipam essentiam fm se: sine hic ⁊ nunc. Prima ergo latio intellectus est in ipm eē essentie. ideo phs 3° de anima loquens de parte intellectiua: siue de potentia intellectiua qua cognoscit ⁊ sapit aia ait. q̄ cū extēso carnis esse discernit ipm eē rei loquendo de eē quiditatiuo ⁊ de eē essentie. est eni illud in qō fertur intellectus nō modo reflexo sed modo extenso ⁊ per se ⁊ primo. ⁊ inde est q̄ quid est ut in eodeꝫ tertio scribit: est per se propriū obiectū intellectus. Redeam⁹ ergo ⁊ dicam⁹ q̄ intellect⁹ primo aspectu ferē in ipam essentiam fm se: siue in ipm eē essentie. sꝫ propter istam lationem ⁊ ppter istum aspectum ipa essentia nō apprehendit̄ ab intellectu ut est quid vniuersale. sꝫ quando intellect⁹ se cōuertit supra ipm esse eēntie ⁊ videt q̄ illud est cōmune multis: tūc dicit q̄ illud esse est quid vniuersale. Ideo cognitio eēntie est intētio prima: dico prima qz est obiectum intellect⁹ fm lationē primā. cognitio autē uēritatis est intētio secunda: dico secūda qz est obiectū intelleet⁹ non fm lationē primā: sꝫ put reflectit se supra illud qō cognouit ⁊ videt ipꝫ eē cōe multis. Intellect⁹ eni cognoscēdo eēntiā cognoscit id qō est vniuersale. sed non propter hoc cognoscit eam ut

est vniuersale nec ut est subiecta intentioni vniuersalitatis. Naz esse essentie z vniuersale qō predicatur idem dicunt. ipse enim intellect' noster fertur in ipsas res ut in hominem capram z leonem: que ut sunt obiectum intellectus hūt eē essentie z predicatur de rebus: sz ut postea intellectus se reflectit super res z videt q predicantur de pluribus sic habent eē vniuersale formaliter: z sic accipitur vniuersale ut est subiectum intētioni vniuersalitatis: z sic non predicat. Nā licet socrates sit homo z sit animal: socrates tamē non est vniuersale: nec est species: nec est genus. ergo aliō est loqui de re que est vniuersalis: z aliud ut est subiecta intētioni vniuersalitatis. res eni fm eē eentie est vniuersalis: lz non consideretur ut est subiecta intentioni vniuersalitatis: nisi quando intellectus se reflectit super eaz: z videt qō est cōmune pluribus z iudicat eaz ut vniuersale. Igitur res fm eē essentie: z ut est subiecta intentioni vniuersalitatis: uel q idem est res que est vniuersale: z ut est vniuersale habet esse rationis. aliter tamē z aliter quia primo modo habet eē rōnis fm intētionem primaz. scōo vo modo fm intentionē secūdam. ¶ His visis reuertamur super distinctiōes factas: z inuestigemus ueritatem quesiti. Una aūt distinctio erat q res habet eē particulare: esse vniuersale: z esse existētie: qō fm eos est eē primū respectu illorum. Alia autē distinctio erat q res habet eē naturе: esse rōnis z essentie qō fm ipos est primū respectu utriusq. res igitur fm eē essentie est prioz q̄ sit fm eē nature uel fm eē rōnis: uel fm eē particulare: uel fm esse vniuersale. z quātum ad illud esse ut aiunt res est indifferens ad esse actuale: z ad non eē. prima autem distinctio cum distinguitur eē essentie ab esse vniuersali: non est simpliciter concedenda. Nam res ut cōsideratur fm eē essentie: z fm suam quiditatem habet esse vniuersale: sz non propter hoc ꝓsiderarē ut est eē vniuersale. Nam ut dicebatur itellectus primo aspectu fertur in eē essentie qō est vniuersale: sz nō fertur in tale eē ut est vniuersale: z ut est subiectū intentioni vniuersalitatis: nisi quādo se reflectit sup ipsum z videt q est commune multis z uocat ipsum vniuersale. ¶ Secūda etiam distinctio non est simpliciter cōcedenda. distinguebatur enim eē essentie ab eē ratiōis: ac si res sic accepta fm eē essentie: z fm suam quiditatem nō haberet eē rationis. Res enim fm eē essentie: siue fm suam quiditatē: z ut est subiecta intētioni vniuersalitatis habet eē rationis: quia intellectus est ille qui facit utrumq. Nam ipe considerat rem fm eē essentie: z ipse conuertit se super id qō considerauit z uocat ipsum vniuersale. ¶ Uiso igit q distinctiōes facte non sunt sufficientes. distinguemus q res habet duplex eē reale. z habet tertiū eē fm cōsiderationē. habet enim eē in suis causis: z sic est in potētia. Nulla enim rosa existente actu est in potentia materie: z in virtutibus actiuis z passiuis: ex quib' tanq̄ ex prīs causis pro ducitur rosa. habet etiaz rosa eē in se ipsa: z sic habet eē in actu. tertio pōt considerari rosa ut circa ipsaz negociatur intellectus. Cum ergo queritur utrum sit aliqua essentia que habeat se per indifferentiam ad esse z non esse. si loquimur de eē reali: non quia fm hī' eē: uel est in suis causis: z est in potentia: z fm hoc nō est indifferēs ad eē z non eē. Immo habet eē in potētia z nō est eē in actu: propter qō magis sa habet ad non esse q̄ ad eē: quia qō est in potentia magis se habet ad non eē q̄ ad eē. Si vo consideretur ut est in seipsa: sic est actu: qz sic existēs magis se habet ad eē q̄ ad nō eē. Sed si consideret res: ut circa ipsam negociatur intellectus: intellectus tūc indifferens est ei eē uel non eē. z accidit ei eē uel non esse. Dum enim scientia est in actu: forte refert utrum res sit uel non sit. sz postq̄ iam habemus sciētiam de aliqua re: utputa de rosa: siue rosa sit: siue non sit: pōt eā intelligere intellectus. ¶ Cum igitur arguebatur q essentia determinate respicit eē uerum est ut actu existit in rerum natura: z ut habet eē in prīo genere: sz ut est in suis causis est in potētia: z pōt dici non eē. ¶ Ad aliud qō obiciebatur in oppositū q res pōt intelligi absq eo q habet eē ut patet: ex hoc non arguitur q res habeat eē reale indifferēs ad eē z nō ad esse. sz solum probatur q ut circa rē negociatur intellectus accidit ei esse uel non esse.

p Ostea querebatur de ente creato in speciali. Ens autē creatum in speciali tripliciter diuidit. videlicet in ens pure spirituale: pure corporale: z ex utrisq̄ compositum. de omnibus autē his fiebant plures z uarie qōnes. Circa entia aūt spiritualia siue circa angelos erat quatuor quesita. vnum de angelis in cōmuni. utrū. s. de' possit facere plures angelos in vna specie. Tria autē alia querebantur non de omnibus angelis in cōmuni: sz specialiter de omnibus angelis malis: quorū vnum pertinebat ad malos angelorum actionē. duo vo ad malorum angelorum passionem. Circa eoz actionē querebatur. utrum propī actiones siue opera malorum angelorum siue demonum ductu ratiōis possemus scire demones eē. Circa eoz aūt passionē querebat utruz demones possent pati ab igne. z utrū possent simul pati ptrarias penas. Questio. VII.

a D primum sic procedit. Uidetur q deus non possit facere plures angelos in eadē specie: quia qō implicat contradictionē subterfugit esse possibile. sz eē plures angelos in eadem specie implicat contradictionē. nam angeli cum sint forme per se existentes non possunt differre nisi differant per formam: sed differre forma est differre specie. Implicat ergo contradictionē q angeli differant z nō differāt specie subterfugit ergo hoc eē possibile. ¶ Inconstrariū est quia sicut possunt multiplicari plura in eadez specie in rebus materialibus: quia recipitur eadē forma in diuersis partibus materie. sic etiam videtur q in spiritualibus poterit esse multiplicatio in eadez specie: quia recipietur eadem forma in diuersis supositis. ¶ Rō dicēdum: q de hoc est articulus parisiensis: sic eniz dicitur in articulis q erroz est dicere q quia intelligentie non habent materiam z q deus nō posset plures eiusdem speciei facere. uellemus autem q maturiori ꝓsilio articuli illi ordinati eēnt z adhuc forte de eis in posterū habebitur cōsilium sanius: ad presens autem quātum possumus z ut possumus articulum sustinemus. Uidemus autem nobis inter ceteros modos congruos ad hoc sustinendum ut dicamus q deus hoc potuit: sed fm istum ordinem quem videmus non decuit: sicut enim posset si uellet saluare iudā z dānare petrū: quia posset si uellet q anima iude z anima petri redirent ad propria corpora. Ita q iudas z petrus eēnt viatores: quo facto posset iudare gratiam penitendi: z ita saluaretur. petrus aūt sic relictus posset peccare: z ita dānaretur. posset ergo hoc deus facere sed non deceret. sic z in proposito deus posset sed quantum nobis occurrit fm istum ordinē quē videmus hoc non deceret. attamen

si faceret deceret: quia qō non est decens ſm vnū modum ordinis potest esse decens ſm modum alium.
¶ Ad cuius euidentiam sciēdum q forma cōparari potest ad mām ⁊ ad esse: ⁊ per ea que videm⁹: prout forma cōparatur ad mām possumus aliqua coniectu rari quid tenēdum sit prout forma comparat ad esse. Videmus enīz q aliquādo forma trahitur ad modū materie: aliquādo materia ad moduz forme. Secundū enim eē particulare ⁊ sensibile forma trahitur ad modum materie. Scōm esse autē vniuersale ⁊ intelligibile materia trahitur ad moduz forme. propter qō in de celo ⁊ mūdo dicit phs. q cū dico hoc celū dico mām. cū dico celum dico formam. Dic ergo lapis: uel hic leo: siue homo ⁊ quodcūq; corpuſ dicit mām. leo autē uel lapis uel quodcūq; corpus non significatum non particulatū dicit formam. qō non sic intelligēdū est q corpus particulare ⁊ sensibile excludit formaz. ſz hoc pro tāto dictuz est q forma recepta in materia trahitur ad modum materie. cuius ratio est: qz omne qō recipit in aliquo recipitur ſm modum recipiētis. ⁊ quia ſm eē particulare ⁊ sensibile forma recipitur in materia ideo trahitur ad modum materie. ⁊ sicut corpus particulare non excludit formam. sic vniuersaliter sumptum non excludit materiam: ⁊ tamē dicit q corpus vniuersaliter sumptum dicit formam: quia ſm eē vniuersale ⁊ intelligibile materia trahitur ad modū forme: eo q non sit intelligibilis nisi per analogiam ad formam. ubi ergo forma trahitur ad moduz materie: oportet q diuidatur ſm diuisionez materie. ubi autē materia trahitur ad modum forme oportet q vniatur ſm formaz. inde ergo est q qz hic leo dicit materiam: possunt eē multi leones. ſz qz leo dicit formam recto aspectu: ideo ex omnibus particularibus leonibus non occurrit intellectui nisi vnuſ leo. ¶ Et sicut distinguimus de forma ut comparat ad materiā sic possumus distinguere de forma ut comparatur ad esse. possumus etiam dicere q aliquādo forma determinatur per esse. aliquando eē per formam. quando enim forma determinat per eē non est incōueniēs eē plura in eadem specie. qz tunc illa plura per se ⁊ prio differunt per esse. si autē differunt per formaz hoc est ex consequēti. sed quādo eē determinatur per formā non videtur possibile plura esse in eadē specie: sed si sic dicimus: videtur fortificare qōnem. nam in rebus particularibus videtur forma indiuiduari per esse. in abstractis autē eē per formā. ut ideo hec albedo indiuiduat qz habet hoc esse in hoc subiecto. ideo in alio ⁊ alio subiecto propter aliud ⁊ aliud eē poterit esse alia ⁊ alia albedo: ſz in rebus abstractis non sic. nam quia ille forme sunt per se existentes videntur seipsis indiuiduari. Natura ergo angeli quia non est forma apta nata recipi in materia scipsa indiuiduat. esse aūt ⁊ alia que sunt in natura angeli videntur indiuiduari per ipsam naturam ⁊ per ipsam formam in qua recipiūtur: quia in rebus imaterialibus non videtur possibile esse plura in eadem specie. ¶ Propter quod sciendum q aliquando diximus q si albedo eēt separata non eēt nisi vna albedo in specie albi. ⁊ cū posset rōnabiliter concedi q si albedo eēt separata non eēt nisi vna albedo: possent tamē eē plures albedines in eadem specie. naz si albedo eēt separata ⁊ remaneret ei eē qō acquisiuit in subiecto uel tribueretur ei eē ſz q requirit forma separata. si autē remaneret ei eē qō acquisiuit in subiecto: quia in alio ⁊ alio subiecto acq̄ siuit aliud ⁊ aliud esse propter tale ⁊ tale aliud est qō acquisiuit separata posset albedo alia ⁊ alia. ſm hunc enim modum dicimus q anime separate sunt plures in eadem specie: quia ipſis animabus separatis remanet eē qō acquisierunt in corpore. ſz si forme separate non remaneret eē qō acquisiuit in subiecto: si daretur ei aliud eē ſm exigētiam formarū abstractarum non videretur possibile esse plures tales formas in eadē specie: quia tunc forma non distingueretur per esse: ſz magis eē per formam. talia enim sicut separata per se ⁊ primo differunt per formam: quia tale differre est differre specie: ideo talia differunt specie. Dīe autem inter hoc ⁊ illud est: quia habere esse illo modo: quia fit multiplicatio in eadē specie: est habere esse imperfectum in illa specie: ⁊ nō ſm exigētiam forme. habē autē esse alio modo ⁊ habere eē perfectum in illa specie est habere eē ſm exigētiam forme. ¶ Ex oībus autē hīs concludamus q forma ut trahitur ad modum materie ⁊ ad modum imperfectionis: sic potest plurificari ſm diuersitatem materie: ⁊ possunt eē plura talia in eadē specie: ita q ipsa forma speciei que de se habet vnitatē ſm hunc modum diuersificatur per materiam: quando vō materia trahitur ad modum forme ⁊ ad modum perfectionis: tūc materia que ut habet esse sensibile habet diuersitatē sic tractam ad modum forme habet unitatē ut non sint plura in eadem specie. Nam ut dicebatur ſm esse sensibile forma plurificatur per materiam: sic ſm eē intelligibile materia vnitur per formaz. Et ut patet per habita sicut forma habet duplicem comparationem ad materiam: ita habet duplicem comparationē ad eē. Nam ut habet esse imperfectum sic potest diuersificari ſm esse: ⁊ possunt in eadem specie eē diuerse forme propter diuersa eē. quando vō habet eē perfectuz: sic forma non diuersificatur per eē: ſz esse vnitur per formā ut non sit nisi vnum eē in tali specie propter vnitatem forme. ¶ Sed quia intellectus hominis nō quiescit oportet nos reddere causam dicti. Reddemus enim duplicem rationem quare forma ſm eē imperfectum plurificatur in eadem specie ſm eē perfectum. nō prima via sumitur prout eē cōparatur ad imperfectionē uel ad perfectionē. Secunda prout comparatur ad formam. ¶ Prima via sic patet: quia ut dicitur in 3° phisicoꝝ. totum ⁊ pfectum idem uel proximum ſm naturam. ergo imperfectum ⁊ pars idez uel proximū ſm naturam. ⁊ quia totuz diuiditur in multas partes ⁊ multe partes vniuntur in vno toto: hoc est de rōne totius q habeat eē vnitum. ⁊ de ratione partium q habeant eē diuersum. forma ergo que habet eē perfectum quia habet eē totale. consequens est q habeat eē vnitum. sed forma que habet eē imperfectuz: quia habet eē partiale consequēs est q possit habere eē diuersum ⁊ plurificatum. albedines enim existentes in materia quia habēt eē imperfectum: plurificātur ſm plura eē partialia ⁊ imperfecta que habent. sed si eēt albedo separata ⁊ haberet eē perfectum. omnes iste albedines materiales non equarentur cum esse illius albedinis separate illa separata haberet totum eē qō potest competere speciei. omnes autē iste materiales albedines non haberent totum eē competēs sue speciei: ideo iste materiales albedines quātūcunq; multe essent adhuc possent esse plures: quia omnes ipse non adequarentur toti esse: q posset competere speciei. illa autem separata vna existens non compateretur secundaria: quia ipsa in se comprehenderet omne esse ⁊ omnem perfectionē que posset competere propie speciei. ¶ Secūda via ad hoc idē sumitur. put eē cōparatur ad formam. Nā hoc est hēre eē pfectū

habere ipsum ſm exigentiam forme: ut quando tātū habet de esse ⁊ de perfectiōe debet tātū quātum potest recipere forma. hoc autem est habere esse imperfectum habere ipsum ſm capacitatem subiecti: ut albedo si esset apta nata esse separata ſm nature cursum tantū haberet de esse: quātū posset recipere. nūc autez q̄ est forma materialis: tantū habet de eē ⁊ de pfectione q̄tū patit capacitas subiecti in quo recipit. vnde albedo nō recipitur in materia ſm totum suum esse: sed ſm q̄ patit capacitas materie. In formis ergo separatis in quibus ponimus eē perfectū eē diuersificatur ſm formā: ut ideo est aliud ⁊ aliud esse: quia est alia ⁊ alia forma. ſz in formis materialibus forma diuersificat ſm esse. ut ideo est alia ⁊ alia forma: quia est aliud ⁊ aliud esse. habere ergo eē perfectū est habere eē ſm exigētiaz forme: ⁊ q̄ forma de se est vna: tale eē erit vnū. Habere autē esse imperfectū est habere esse nō ſm exigētiam forme: quādo ergo forma habet tale esse non ſm quācunq̄z formā. illa enim est sic vna: q̄ huiusmodi eē non sequitur modum forme: nō oportet illud eē q̄ sit vnū: poterit igitur illud esse plurificari: ⁊ plurificato eē plurificabit forma. Dicamus ergo q̄ sicut materia aliquādo vnitur ꝓpter formam: aliquando forma diuersificat ꝓpter materiā: sic aliquādo eē vnitur ꝓpter formā: aliquādo forma plurificatur ꝓpter esse. Quando enim eē est perfectum ⁊ sequit modus forme: q̄ cōmunicat forme ſz eius exigētiam cū forma specifica de se sit vna: oportet illud eē q̄ sit vnum. quādo autē eē est imperfectū ⁊ nō cōmunicat forme ſm eius exigētiam quātūcūq̄z forma illa de se sit vna: poterit plurificari tale esse: ⁊ plurificato eē plurificabitur forma. Cōcludamus ergo q̄ cū forma habet esse perfectū tūc ex vnitate forme per se pōt eē vnitas ipsius eē ex consequenti. Cuz autē habet esse imperfectū tunc ex pluralitate ipsius esse per se poterit esse pluralitas forme ex ꝓsequēti. ¶ His autez prelibatis patet quomodo possit deus facere plures intelligentias in eadem specie. Imaginamur enim q̄ ſm nature cursum deus tātū dat de eē ipsis substantijs separatis quātum possunt ipse recipere: ſm quē moduz loquitur dionysius 4.° capitulo de diui. no. q̄ sicut sol non ratiocinans: aut preeligēs omnes illuminat ſz q̄ sunt ualētia participare lumē: ita ⁊ bonū summū omniū existētibus proportionaliter imittit totius bonitatis radios. forme ergo materiales si nō habēt esse perfectū ⁊ totale hoc est ꝓpter materiā in qua recipiunt. ſz forme imateriales si non habēt eē perfectū ſm suam speciē: hoc est q̄ de⁹ restringit eas ⁊ nō dat eis totum esse ſm exigentiam ꝓprie speciei: nulli autem dubium eē debet q̄ sicut forma restrigitur ꝓpter eē q̄ habet in alio. ⁊ sicut potest plurificari ita forma potest restringi ꝓpt eē q̄ habet ab alio: ⁊ sic habēdo eē imperfectum poterit plurificari. Posset igitur deus sic restringere formam quācunq̄z separatam: ⁊ dare ei eē imperfectum non ſm exigētiā forme. dupliciter ergo forma habet limitatū esse. Primo ex parte sui. ut q̄ ipsa est determinata ad genus ⁊ ad spēm oportet q̄ esse in ea receptū quid limitatū existat. Scōo ex parte materie: ut quia recipitur in materia hac uel illa ideo habet limitatum eē ſm dispositionē materie. Tertio modo posset intelligi forman habere limitatū eē ex parte dei: ut q̄ non daret ei tantū eē quātum posset forma recipere. ⁊ iste modus ꝛz sit possibilis tamē ſm ordinem quē videmus videtur non eē decēs. cum ergo esse limitatur in forma ꝓpt formā: tunc ſm nature cursuz possunt eē plura esse in forma generis: non autem in forma speciei. Nam hoc modo loquēdo de eē oportet q̄ eē omnino sequatur modū forme. sed cū forma generis non sit forma vna poterit tale esse plurificari ſm talē formā: ⁊ cum forma speciei sit vna ſm naturam ꝓpt cursum in eadē specie non plurificabit tale eē. ſz cum eē limitatur ꝓpt mām in qua recipitur forma. uel ꝓpter agēs a quo est forma: quia utroq̄z modo potest limitari forma quantum ad eē: uel quia recipit in alio ut in materia. uel quia est ab alio ut ab agēte primo. Cū ergo sic est q̄ illud eē q̄ habet forma non est totale ⁊ imperfectū ſm exigētiam forme: tunc poterit plurificari tale eē. ⁊ per consequens forma in eadē specie nō obstante q̄ de se nō multiplicat hī⁹ forma. ¶ Aduertēdum tamē ꝓpter auctoritates que possent inueniri contrarie q̄ sicut genus aliquādo accipitur large: ut dicimus q̄ in genere entiuz est vnū ens mensura omniū ſm quem modum loquēdi totum ens q̄ō est multa genera dicitur vnū genus: sic species aliquādo accipitur large: ut q̄ torus ⁊ vn⁹ ordo angelorū posset dici vna species ꝓpter aliquā cōueniētiam specialem quā habent adinuicē ſm quē modum accipiēdi speciem uel ſm alium modum accipiendi spēm ꝓout plures species sunt in vna specie deus potuit ⁊ eum decuit facere angelos in eadē specie: sed accipiendo ꝓprie spēm ꝓout differre specie est differre forma: non ergo ſm istum ordinē quē videmus. ſz ſm alium ordinē deus potuit facere plures angelos in eadē specie. ¶ Ad argumētum autē dicēdum q̄ videtur implicare contradictionē q̄ sint plura in eadē specie: uel q̄ forma plurificetur in eadē specie si forma illa habeat eē perfectum ⁊ totale. ſz si habeat esse imperfectū ⁊ partiale non est inconueniens: ⁊ quomodo sit ⁊ quomodo cōtradictionē non implicat est per habita manifestum. ¶ Ad aliud autem in oppositum dicendum q̄ non est simile de suppositō ⁊ de materia. nam materia restringit formā. si enim forma de se non multiplicatur nisi restricta per eē: q̄ materia restringit eam poterit multiplicari per materiā. Suppositum aūt non restringit ipsam nisi quatenus habet materiam partē sui. Sz si sit suppositum imateriale habebit eē perfectum ⁊ totale ſm exigētiam sue forme. videtur enim contradictionē implicare q̄ forma specifica multiplicetur ſm se: ſz q̄ multiplicet per eē restricta: contradictionē non implicat. ⁊ q̄ ſm cursum nature restringitur forma per mām. naturale est q̄ forma multiplicet diuisione materie: non est aūt restringatur in eē ex parte dei tribuentis esse. ideo ex dei potētia absoluta pōt hoc esse. ⁊ deus hoc facere potuit. sic ergo aliquo modo euasimus difficultates contingētes si ponatur possibile posse eē plures angelos in eadē specie. hāc autem euasionem non omnino approbamus: quia non est oino clarum quō angelus possit habere esse perfectum ⁊ diminutuz modo quo dictum est. Dicimus ergo esse possibile q̄ articulus dicit modum tm̄ impossibilē datum magis posuim⁹ ad exercitandum legētium mentes q̄ ad id q̄ō dictū est pertinaciter asserendum.

Questio. VIII.

9 Ecūdo queritur de demonib⁹ q̄tuz ad suā actionē. Et est questio. Utrū per eoz actiones ⁊ effectus possint nobis innotescē ex ductu rōnis: ita q̄ rōnis ductu possint nobis inotescē demones eē. Et vi q̄ sic: q̄ aliq̄ videm⁹ in effectib⁹ que non pñt reduci in motū celi. Oportet autē q̄ reducant in

Secundo Queritꝫ de gr̃a ꝑput cōparat ad actiones quas cat: ⁊ est q̄ō utrū sine gr̃a possum" bonū facē. Et videt q sic. Quia q̄cq̄d dat nob in ꝓceptū illō ex nobis possum" adimplē: ſz recedē a malo ⁊ bñ facē dat nobis in ꝓceptū iuxta illud isaie ꝓmo. q̄escite agē puerse discite bñ agē. g̃ hoc possumus ex nobis adimplē. ¶ In ꝓriū est apl's qui ait q nō sum" sufficiētes cogitare aliq̄d ex nobis q̄si ex nobis: ſz sufficiētia nostra ex deo est. g̃ sine deo: ⁊ sine ei" gratia cogitare: nec ēt bñ facē possum" ex nobis. ſz totū est ex deo. ¶ R° dōz: q sm sanctoꝝ sniaz si sine gr̃a possum" facē bona: nō tñ bñ: ul'si possum" facē ea que sunt de gñe bonoruꝫ: nō tñ possumus mereri per illa. ul'si possum" facē bona quātū ad eē nāle: nō tñ quātū ad eē spāle. Pñt eni boies sine gr̃a vineas colē: cāpos arare: ⁊ multa silia bona facē: nō tñ sine gr̃a pñt mereri: nec facē bonum sm eē spūale. ¶ Ad cuius euidētiam sciēdum est q agē pſupponit eē: ⁊ sicut res se hēt ad eē. sic se hēt ad agē. q̄ g̃ sine gr̃a hēmus eē nāle: possum" sine gratia facē bonū quātū ad eē nāe. ſz q̄ per gr̃am hēmus eē spūale iuxta illud apl'i ꝓma ad corin. xv. gr̃a dei sum id q̄ sum. Ꝯpm eni eē q hēmus spūalē: hēm" a gr̃a. ⁊ q̄ sine eē nō ꝓtingit agē. Agē spūalr: ⁊ meritorie sine gr̃a nō possum": vñ ysidorus de sūmo bono li° 2° capitulo 5°. sciant liberi arbitrꝫ defensores nihil posse in bonū sua ꝑuale virtute: nisi diuine gr̃e sustētetur iuuamine. Et idē eodē libro ⁊ capło dic̄. Ab illo enim nobis oia bona gratia ꝑueniēte donant: ſz q itelligat de bono meritorio patet: q̄ idē eodez libro ⁊ capło exponēs qualr oia bona ſt in nobis a gratia ait. Dois meritum supna gr̃a nō ut iueniat uenit: ſz postq̄ uenerit facit. hoc g̃ mō ſt oia bona nr̃a a gr̃a: q̄ nihil boni meritorꝫ possum" sine gr̃a opari. Imaginabimur eni q gr̃a dat spūale eē: charitas dat q possum" spūaliṫ agē: ⁊ ıō hec duo nunq̄ abiuicē separant. Nam si eēt aliq̄d eē in aliquo gñe absq̄ posse agē sm illud gen" illud eē eēt ociosum. nā si hērem" eē in gñe nāe: ⁊ nō possemus agē opa sm nām: illud eē eēt ociosuꝫ: ıō nū quam est aliqua substantia naturalis sine virtute. q̄ si eēt substantia sine virtute. esset esse in gñe nature: siue posse agē. sm tale genus sic ēt nunq̄ est virtus sine sba. q̄ tūc eēt posterius absq̄ ꝓri. ⁊ sic̄ quātum ad eē nāle hec tria se habēt per ordinem: videlicet sba: virtus: ⁊ opatio nālis: sic quantum ad eē spūale hec tria se habēt per ordinē gr̃a: charitas: ⁊ opatio meritoria. nunq̄ eni est gr̃a per quam hēmus spūale eē: sine charitate: per quā hēm" q possumus spūalr agē. sic ēt nunq̄ est charitas per qua possum" spūalr agē sine gr̃a: ⁊ per quam hēmus spūale eē. opatio g̃ bona quātum ad eē meritoriuꝫ sine charitate: ⁊ gr̃a eē nō ualet sic̄ opatio bona quantum ad eē nāe: sine virtute nāli: ⁊ sine sba eē non pōt. ¶ Ad argumētum aūt in contrarium dicēdum: q ꝑcipit nobis bñ agē: nō q possumus ex nobis illud facē: tamē q̄ si faciemus totum q̄ in nobis est: semp deus paratus est facē quod in se est. nostrum est enim sm dam. sequi deum uocantem ad virtutē. uel diabolum uocantē ad malitiam. Vñ libro scōo capło. 30. dic̄ ipe est enim omnis boni

pricipiū:z eā.z sine eius coopatione z auxilio ipossibile est bonū uelle:ul' facē. Jn nobis aūt est:ul' pmanē in virtute z seq̄ deū ad hāc uocātē:ul' recedē a virtute qō est fieri in malitia z sequi diaboluz.recte igit̄ pcipit̄ nobis bñ facē:qz lz non possumus ex nobis hec pficē:tñ culpabiles sumus q deuz nos uocātē ad virtutē ad bonuz sequi respuimus. Questio.xxx.

Vltimo Querit̄ de gr̄a ut comparatur ad gloriam.z est questio utrū gr̄a z gloria sint idē per eēntiaz. Videt̄ q non.qz fm aplm cū uenerit qō pfectum est euacuabit̄ qō ex parte est.igit̄ qz gr̄a dicit̄ qd ex parte z qd iperfectū.glia aūt qd pfectū.aduenīēte g glia euacuabit̄ gr̄a.sz illud qō euacuat aliud nō est idē per eēntiā cum illo.g z cē. Jn ōrū est qz gr̄a z glia bñt idē pncipium:idē sbiectum:z est idē actus utriusq.qz diuina visio.g z cē. Rō dōm:q habitus glorie nihil est aliud q illud qō eleuat animā ad visionē dei. Jmaginabimur g q hēditas nostra est ipe deus.ipse est enim hēditas nostra que pclara est nobis. Videamus ergo fm qd sumus hēdes dei:z fm qd debet nobis hēditas dina. Hec aūt debet nobis per gr̄az:per quā sum' filij adoptionis.si g ex gr̄a sum' filij adoptionis:z ex eo q sumus filij adoptionis debetur nobis diuina visio:z diuina hēditas:cum habitus glorie sit illud qō eleuat nos ad habēdā dei hēditatē siue ad dei visionē:que est vita eterna:z hēditas nostra.idē est gr̄a q gloria per eēntiā.differunt autem fm pfectum z impfectum. Nā gr̄a fm q distinguit̄ ab habitu glorie dic̄ illum eundē habituz ut est viatoris.gloria aūt dic̄ ipm ut est comphēsoris.z qz gr̄a ut viatoris est impfecta. ut est comphēsoris est perfecta.iō gr̄a z gloria differunt fm perfectū:z iperfectū. Jmaginabimur enim q illud qō debet filio dei per nāz:qz est filius nālis:hoc debet nobis per gr̄am:qz sumus filij adoptiui.hoc est qō docet nos apl's ad ro.8.q cum prius dixisset q accepimus spūm adoptionis filioz q sumus filij adoptiui per gr̄am. Postea subdit.si filij z hēdes:hēdes aūt dei:cohēdes autē chr̄i.vñ glo.facti sumus hēdes dei.i.eiusdē glorie participes.gr̄a g que facit nos hēdes:z fac nos glorie participes est illud qō gloria.qz hoc est habē gloriam:hīe ipsam per participationez. illud idē enim q deus hēt per eēntiā:z per nām qz se ipm videt nālit̄:z seipso fruit̄:z seipso gloriosus est. Jllud idē nos hēmus per gr̄am z per participationē si g gloria nostra non est aliud q gloria participata:z gr̄a fac nos participes glorie:idez est in nobis gr̄a z gloria. Sic eni imaginabimur q gr̄a existēs in nobis iperfecta cuiusmodi est in statu vie cāt in nobis fidē formatā:z charitatē vie que semp hēt aliquā ipfectionē annexā.illa eadez gr̄a ut est pfecta sic erit in statu patrie cābit in nobis visionē apertā:iō eēntialr idē est gr̄a z gloria.semp eni per gr̄am hēmus hēditatē eternā z ipa est que facit nos filios z hēdes. Sz duz hr' gratia est iperfecta sic est in via fac nos habē hēditatē eternā in spe.qn autē erit perfecta ut in pria hēbimus per eā hēditatē eternā in re. Aduertendum tñ q cum hēditatē nostrā diximus eē visionem apertā;non excludimus dilectionē perfectā:nec intēdebamus per illa vba ponē btitudinē nostram pncipalius in visione:q in dilectiōe. Sic eni gr̄a viatoris que est gloria initiata:cāt in intellectu fidē formatā: z in uolūtate charitatē:sicut gloria comphēsoris que est gr̄a consumata cābit in intellectu visionē apertā z in uoluntate dilectionē perfectā. Idē est g gr̄a qō gloria. Et si differunt:solum differunt sic initiatū:z consumatum:sic imperfectum:z perfectum. Utimur enim magis nomine gr̄e in viatore:z noie glorie in comphēsore:idē est tñ per eēntiā hoc z illō. Ad argumētum aūt in cōtrarium dicēdum q aliqñ iperfectū debet rei fm se sic fidei fm se debet iperfectio cum sit visio enigmatica:z cum sit rerū non apparētiuz:z q sic iperfectum est euacuabit̄ per eēntiā:qñ uenerit qō perfectuz est.aduenīēte eni visione aperta euacuabit̄ habitus fidei.aliqñ enim aliquid est iperfectū:nō q ei cōpetat iperfectio fm se:sz solum rōne status.sicut charitas viatoris est iperfecta:nō q charitati fz se cōpetat iperfectio:sz hoc est rōne status vie in quo non pōt habē eē omnino perfectum.z q sic iperfectū est nō euacuabit̄ per eēntiam:sz tollet̄ ab eo id qō est imperfectionis.vñ dicit apl's q charitas nunq̄ excedit. perficiet eni charitas in pria:sz non euacuabit̄ sic qz gr̄a non dicit de se imperfectionē:nō euacuabit̄ in patria:sz perficietur:z consumabitur. Perfecta autem z consumata erit idem q gloria ad quam nos perducat deus qui est bñdictus in scla sclorum. Amē.

Explicit secundum quodlibet dñi Egidij de roma.

Incipit tertium quodlibet eiusdem.

Omnes cōnes in hoc nostro quodlibet questite hoc mō ad ordinē reducent qz querebat ibi de ente in gñali:z in speciali. Jn gñali qdem erat qō. Utruz instr̄m attingat ad effectū pncipalis agētis.z arguebat q sic.qz instr̄m hēt actionem ut res est.z ut instr̄m est. Et habē actionē ut instrz nihil aliud est q attingē ad effectū pncipalis agētis.g z cē. Jn ōrī um est:qz calor est instr̄m forme sbalis ignis:z non attingit ad effectū eius.i.ad introductionē forme sbalis.g z cē. Rō dōm:q hic est necessaria duplex distinctio. Distiguēdū est eni de agēte:z de attingē. Nam agēs nāle si ita agit mediante instr̄o:q nullomō agit imediate. Et tunc ad oēm effectum talis agētis opz attingē instr̄m:qz si nihil agit nisi mediāte instr̄o.opz q ois effect' agētis sit ēt effect' instrī licet nō sub ead rōne.ut qz ignis non hēt virtutē actiuā nisi calorē. opz q ois effectus ignis sit ēt effect' caloris. Forma eni sbalis ignis nō est imediatū pncipiuz alicui' actionis. Jdeo cōmētatoz sup septimo metace dic̄ q elemēta nō agūt:nec patiunt nisi per qualitates nō per formas sbales. Et subdit qō vniuersalr apparet q potētie agētes non sunt nisi quatuor qualitates:nō forme sbales. Sz si agēs cuz hoc q agit mediāte instr̄o agit imediate absq̄ instr̄o nō est inconueniens tale agens aliquē effectum facē in passum ad quē non attingit instrumētum. Viso quō agēs pōt habē effectum ad quē attingit instr̄m:z quō ad quē nō attingit. Restat distinguē de ipo attingē:uel non attingē fm q cōpetit instr̄o. Propter qō sciēdum q instr̄m respectu effectus pōt habē se quinq̄ modis. Nā aliqñ instr̄m attingit effectū per eēntiā:z fm se. Aliqñ per essentiam:z non fm se. Aliqñ nec per essentiam nec fm se:sz fm quādā q̄si necessariam dispositionem. Aliqñ nec per eēntiā:nec fm se:nec fz dispositionē necessariā:sz forte fm q̄dā dispositionē congruā. Potest eē ēt quinto modo q nullo hoz modoz attingat:sz quodammodo sit ipertinēs ad effectum. Utputa siquis adultus baptizaret non fictus.tres effectus eēnt ibi sc̄s baptismus.1° imprimeret̄ character.2° infunderet̄ gr̄a.3° remitteret̄ culpa.4° remitteret̄ pena.5° ianua celi aperiret̄.6° ad gloriam introduceret̄.7° ad nupcias agni admitteret̄.8° ad conuiuium trinitatis assumeret̄. Jstorum octo effectuum nullus attingit̄ a baptismo nisi primus.scz character. Et hoc est quia baptismus est instr̄m separatum a corpore xpi. Et ideo non attingit nisi effectum qui est ei proprius. Et hoc est quia character est signum distinctiu

ibi gra. Ponamus aũt quartũ effectũ quẽ de⁹ posset facẽ: puta q deus reuelaret sibi aliq̃ secreta. Ponam⁹ ẽt effectũ ꝗntum qui eẽt oino inptinẽs: utputa q de⁹ tũc ei conferret fortitudinẽ corporalem. ¶ Hoc aũt posito primũ effectũ qui est lotio corporis faceret aq̃ baptismi per essentiam: ꝛ fm se. nã hunc effectus qui est lotio corporis: siue lauare corpus facit aqua: ut aq̃ ꝛ fm se. ¶ Ad scõm aũt effectũ qui est cãre pulchritudinẽ aliquã spũalẽ in aia attingeret aqua baptismi per eẽntiã: ls non fm speciam. Essentia enim talis pulchritudinis inducit aqua baptismi: sz hoc non est fm se ꝛ ut est aqua: sz ut est organus diuine misericordie. Quid sit aũt illa spiritualis pulchritudo utrũ sit caracter ut quidã dicũt. uel caracter per creationẽ causet in aia. ꝛ aliqua alia pulchritudo efficiat in aia: ad quã sequat nõ est pntis speculatiõis. sufficiat autẽ ad pns scire q aliqs effectus sit in baptismo ad cuius eẽntiã attingit aqua baptismi nõ ut aq̃ est: sz ut est instrm dei. ¶ Ad tertiũ aũt effectũ qui est gra nõ attingit sacrz siue aqua baptismi: nec per eẽntiã: nec fm se: sz solum fm quãdã quasi necessariã dispositionẽ. fm se eni nõ põt in hoc aqua baptismi qz nullũ corporale hẽt fz se talez actionẽ in aia. Nec fm eẽntiã talis effect⁹ cãtur per aquaz baptismi: qz eẽntialr in graz nullũ agẽs cãtum põt. nec ut agẽs: nec ut instrm cuz eẽ gre imediate causent a deo. Sz ls aqua baptismi nõ possit in effectũ gre: nec fm se: nec p eẽntiã. pt tn in hui⁹ effectũ fm quãdã quasi necessariã dispositionẽ: naz ad id qõ cãt aqua baptismi in aia: necessario sequit statim infusio gre: nisi homo sibi obicẽ ponat. Jn gram ergo põt aqua baptismi nõ per eẽntiam: ut q attingat ad eẽntiam talis effectus: sz fm ꝗdam quasi necessariã dispositionẽ. ¶ Rursus in hũc effectum ẽt dispositiue non põt aqua ut est aqua: sz ut est dei organũ. ¶ Ad quartuz aũt effectũ: qui est reuelatio secretoꝝ nõ attingit aqua baptismi: nec per eẽntiã: nec fm se: nec fz dispositionẽ quasi necessariã: sz forte attingit fm dispositionẽ ꝑgruam. qz congruũ est q deus suis amicis: ꝛ hñtibus suam gram sua reuelet secreta. ¶ Ad ꝗntuz effectũ. si sit oino ipertinẽs nullomõ attigeret aqua baptismi. patet ꝫ quõ instrm attingit ad effectum principalis agẽtis: ꝛ quõ nõ attingit. ꝛ patet ẽt ad cul⁹ agẽtis effectum semper attingit. ꝛ ad cuius non attingit. ¶ Ad id aũt q obiciebat primo solui põt. nam cum dr q nõ ageret ut instrm: si nõ attigeret ad effectum principalis agẽtis. patet uerũ esse de effectu quẽ agẽs agit per instrz: nõ aũt oportet uerũ eẽ de effectu quẽ agit per se: ꝛ imediate. ¶ Qõ aũt dicebat incõtrari um de forma substantiali ignis: dici debet q calor ad eẽntiam utriusq̃ effectus attingit tam forme substantialis: q̃ accidẽtalis. Alr tũ ꝛ alr qz ad iducẽdum calorẽ ꝛ formam accidẽtalẽ attingit calor: ut calor est. sed ad iducẽdum formam substãtialem ignis attingit calor in virtute talis forme sbalis: ꝛ ut organũ ei⁹ est.

q **Quesito** de ente in gnali: quereb tur de ente in spali. Circa qõ querebat triplr. Quia quedã querebãtur de deo. Quedã de hoie. quedã de aia. Deus aũt ꝛ nobis scripturam sanctam inspirat: ꝛ nos ꝑdestinat: ꝛ vniuersaliter res creat. Jn ipa ẽt creatiõe rerũ est attẽdendum ꝛ quo ordine deus creat: ꝛ quo ordine res creantur. Jgit circa deũ ꝛ circa ens increatum querebat quadrupliciter. Primo prout scripturam sanctã inspirat: ꝛ quãtum ad hoc erat qõ. Utruz deus fm se absolute: uel sub spali rõne eẽt in sacra pagina sbm. Prout aũt nos ꝑdestinat erat questio de ipso ꝑdestinato utrum posset se ꝓpetuare in vita. De ordine aũt quo res creat: erat qõ qd fm nostruz modũ intelligẽdi ꝓcedat in creatione rerum: an intellectus dei: an uelle ei⁹. Quarto aũt q̃tũ ad ordinẽ quo res creantur: erat questio utruz posset creari species media iter duas species immediatas. Questio. II.

a **Dprimũ** aũt sic ꝓcedebatur. Arguebat eni q de⁹ sb specialiter rõne nõ eẽt sbiectũ in sacra pagina: qz si aliq̃ eẽt talis spalis rõ potissime eẽt, put est glificator noster. Sz hoc nõ posset assignari tanq̃ spalis rõ uel ꝑditio: qz tũc hec scia nõ differt a scia beatoꝝ: cũ sub hac rõne beati ꝓtẽplent dñz. ¶ Ꝑ. si de⁹ in eo q glorificatoꝝ: ꝛ sub rõne boni eẽt subiectũ in sacra pagina cũ de⁹ sub rõne entis ꝓsideret in meta^ca: erit meta^ca ꝑ q̃ hec scia: qõ est icõueniẽs. ¶ Jn ꝛriuz est qz deus fz se est sbm in scia sua. opz ꝫ q sub alia rõne sit sb iectũ in scia nra. non ꝫ fz se ꝛ absolute est sbm in scia nra. sz opz hoc eẽ sub aliqua spali rõne. ¶ Ad 2° odm: q in hac qõne sic procedemus. qz primo tangem⁹ rõnes illas quas aliqui facũt ad ꝓbãdũ deum nõ eẽ in theologia sb spali rõne sbm. 2° adducemus rõnes ꝓbantes q oportet sic esse. 3° soluemus rationes in ꝛriũ factas. ¶ Põt enim tripliciter ostẽdi deũ sb spali rõne non eẽ sbz. Prima ratio sumit prout hec scia comparat ad suuz finẽ. Scõa vo prout comparat ad diuinam sciam a qua deriuata est. Tertia prout comparat ad ipsas ꝑditiones spales sub qb⁹ de⁹ dr eẽ sbz. ¶ Pria rõ sic patet. Nã idẽ est sbm in scia ꝛ finis: ut si corpus mobile est sbm in nali phia finis eius erit cognitio talis corporis. vnũ ꝫ ꝛ idẽ alr tn ꝛ alr consideratũ est in scia sbz ꝛ finis. Illõ eni qõ iperfecte cognitum est in scia sbm: pfecte postea cognitũ est finis: sed spalis cognitio est perfectior q̃ gnalis. Si ergo deus sub spali rõne esset hic sbm. tunc sbm in hac scia non differt a fine. ¶ Dicem⁹ ꝫ q deus non sub spali rõne: ꝛ nõ pfecte cognit⁹ sz absolute ꝛ iperfecte notus est in hac scia sbm. ¶ Scõa via sumit prout hec scia cõparat ad diuinã sciam. Uidetur etiaz hec scia eẽ quedã imago ꝛ quedam similitudo diuine sapiẽtie. Juxta illud apli ad corin. 3°. nos reuelata facie gloriam dñi speculantes: in eãdẽ imaginẽ trãsformamur. sz in scia dei deus ipse fm se est obiectũ. ꝫ sic erit in sciẽtia nra que est imago illius scientie. ¶ Tertio hoc idez probãt conditiones ille spales sub qb⁹ deus dr eẽ sb iectum. ponunt aũt hee ꝑditiones prout est restaurator ꝛ glificator. sz dato q nunq̃ homo peccasset nihil omin⁹ fuisset sacra pagina: nõ tn homo fuisset restauratus. Rursus hee due conditiones ꝛ si pncipaliori mõ ꝓsiderant in hac scia nõ tn pp hoc ut videt deus sub istis ꝑditionibus debet dici sbm in scia ista. Nam metaphisica pncipaliori mõ ꝓsiderat de sba q̃ de aliis entibus. nõ tn pp hoc sba est subiectuz in metaphisica: sz ens absolute ꝛ gnalr suptũ. sic ꝛ in ꝓposito: ꝛ si hee ꝑditiones sint magis pncipales non tn pp hoc deus sub hijs ꝑditionibus erit in sacra pagina sbm. sed absolute ꝛ fm se ꝓsideratus. ¶ habitis rõnib⁹ per quas videt ꝓbari q theologia nõ hẽat deũ pro sbiecto sub spali rõne anteq̃ has rõnes soluam⁹ uolum⁹ oñdẽ q oportet dare spalem rõnem sub qua de⁹ sit sbm. Propter qõ sciẽdum q nomine dei intelligitur quoddam pelagus sbe infinitum: ut innuit damascenus primo li°. c. 12°. de hoc ergo itẽdimus dicẽ q de⁹ in eo q deus siue deus sub absoluta rõne nõ possit eẽ sbm in sacra pagina. qz pelagus ifinitũ sub rõne qua pelagus infinitũ nõ põt eẽ sbm in hac scia. qõ triplici

via declarari põt. Prima via sumitur prout hec sciẽtia cõparat ad suũ obiectũ siue ad suũ sbm a quo trahit spẽm: ⁊ de quo pncipaliʳ ꝓsiderat. Scõa ꝓut comparat ad ea que cõsiderant in hac sciẽtia. Tertia vo sumit prout ordinat ad suũ finẽ. ¶ Prima via sic patet. nã si deus qui dr pelagus infinitũ in eo q deus ⁊ ẽt in eo q pelagus infinitũ eẽt sbm in hac scia. tunc ista scia eẽt infinita: ⁊ tẽderet in deũ mõ infinito. nã ab infinito in eo q infinitũ non põt scia trahẽ spẽm: nisi sit scia infinita. dicẽ aũt hãc sciam eẽ infinitã: uel ꝓsidera re de infinito sub rõne qua infinitũ ⁊ tẽdere in deum mõ infinito: est oĩno absurdum cũ ipsa scia beatorum que est longe altior q̃ ista ꝓsideret de deo mõ finito. ¶ Scõa via ad hoc idẽ sumit ex his que cõsiderant in ipsa scia. nã si hec scia hãt pro subiecto deum. i. pelagus ifinitũ per se cũ in hĩ pelago oia reluceãt posset scia de oĩb ꝓsiderare. sicut g nephas eẽt dicẽ q aliq̃d posset sciri in reb humanis cuiuscũq ꝓditionis sit illud. uel in q̃buscũq alijs reb cuiuscũq ꝓditionis sit illud q nõ ptineat ad sciam dei: eo q hĩ scia hẽt pro obiecto deũ ſm q hĩ que est pelagus infinitũ. sic nullaten eẽt dõm: q aliq̃d posset sciri in reb humanis: uel in q̃buscũq alijs reb qõ nõ eẽt attribuẽdus huic scie. posset g hec scia de oĩb ꝓsiderare cuiuscũq ꝓditiõis eẽnt illa: siue eẽnt curiosa: siue alia qõ ẽ ẽ augm 14.° de trini. c. p°. dicẽtẽ q nõ utiq̃ q̃q̃d sciri ab homine põt in reb humanis: ubi plũnũ uanitatis noxie curiositatis est huic scie tribuit. si eni hec scia sic tẽderet in deũ sb rõne qua de de oĩb qui sciri possent nõ solũ ab hoie: sz a quocũq alio ꝓsiderare posset cuiuscũq ꝓditionis eẽt illa. ¶ Tertia via sumit ex pte huius scie: ut refert ad suũ finẽ. est ẽt hec scia q̃si organũ ad felicitatẽ: ⁊ ad hũc finẽ data est hoi pp btitudinẽ adipiscẽdã ut satis inuit aug eodẽ li°. 14.°. ⁊ eodẽ. c. p°. ubi fidẽ ⁊ hãc sciaz vult pp adipiscẽdã btitudinẽ eẽ datã. ⁊ q hec scia est organũ ad btitudinez: siue ad felicitatẽ. q̃cquid ꝓsideret de deo: ꝓsideret sb hac rõne: ⁊ sb hac ꝓditione ut est glificator: ⁊ btificator nr. patet ergo q theologia ꝓsiderat de deo sb spãli ratione: ⁊ sub hac spãli ut est btificator nr. Quid aũt dõm sit de ꝓditione alia ꝓut est nr restaurator in ꝓsequendo patebit. sz si ꝓcedit q de sub spãli rõne sit sbm in sacra pagina. dubitat tñ q illa spãlis rõ sit in eo q btificator nr: hui vitatis satis fidẽ faciũt ẏba augusti q uana ⁊ noxia ut patet ex hita auctoritate huic scie nõ attribuit. Quia g uanũ est qõ caret fine. Noxiũ autẽ idẽ est q deuiũ a fine. videt q pro tãto aliq̃ nõ sint attribuẽda huic scie. q deuiat a beatitudie: ⁊ a fine: qõ nõ eẽt nisi q̃cq̃d ꝓsideret in hac scia ſm q hui eẽt ordinatũ ad btitudinẽ: ⁊ ad ultimũ finẽ. hoc idẽ satis innuit aug eodẽ li° ⁊ cap° dicẽs. q illõ tm̃mõ huic scie attribuit quo fides saluberrima: que ad btitudinẽ ducit gignit: nutrit: defendit: ac roborat. qõ non eẽt nisi q̃cquid in hac scia ꝓsiderat per cõparationẽ ad btitudinẽ ꝓsiderãdũ eẽt. ¶ Aduertẽdũ tñ ut meli pateat vitas qõnis queste. Q in q̃libet scia tria ꝓsideranda sũt. Uidelicet res quã pncipaliʳ ꝓsiderat. Rõnẽ sb qua ꝓsiderat. Et lumẽ per qõ ꝓsiderat. Ut in scia nãli res pncipaliʳ ꝓsiderata est corp mobile. Rõ sb qua ꝓsiderat est in eo q mobile. Lumẽ per qõ ꝓsiderat est lum rõnis nobis nãlit iditũ: per qõ lumen fit ꝓsideratio in oĩb sciẽtijs humanit inuentis. Sic ⁊ in hac scia res pncipaliʳ ꝓsiderata est ipse deus. Rõ sb q̃ ꝓsiderat est ipse btificator nr. Lumẽ per qõ ꝓsiderat est lumen fidei nobis diuinitus supinfusum. ſm hec tria cõparat ad tria hec. ſ. scia. Uidelicet ad scias humanit inuẽtas. Ad ipsam sciam dei q̃ de pollet. Et ad sciaz btõrum. A sciẽtijs aũt humanit iuẽtis differt hec scia in oĩb hijs trib: a scia diuina in duob: a scia btõruz in vno. Nulla enim scia humana hẽt deũ pro sbo: nulla eni scia humana est: loquẽdo de scia ꝓprie: que nõ sit de sensibilib: uel de hijs que si in sensibilib: uel que hñt sensibilia ptẽ sbi sui. g in re pncipaliʳ ꝓsiderata differt hec scia ab oĩb sciẽtijs humanit iuẽtis: q nulla talis sciẽtia est de deo tanq̃ de sbo. Rursus differt in scõo in rõne sb q̃ ꝓsiderat: q scia phor non q̃cq̃d ꝓsiderãt: ꝓsiderãt per relationẽ ad eũnaz btitudinẽ. imo illã beatitudinẽ ignorauerũt phi. Tertio differt hec scia a sciẽtijs humanis q̃tũ ad lumẽ cui initit: ⁊ per qõ ꝓsiderat: q scie humane initunt lumini rõnis. hec aũt initit lumini fidei: siue lumini dino. sic g q̃tum ad hec tria differt hec scia a sciẽtijs hũanis. ¶ Hec aũt scia a scia q̃ pollet de differt in duobus: videlicet in rõne ꝓsiderãdi: ⁊ in lumine per qõ ꝓsiderat: sz nõ differt in tertio: videlicet in re ꝓsiderata. de illo eni eodẽ ut de ipso deo: siue de ipso pelago ifinito de quo est scia dei est ẽt ⁊ hec: sz nõ sb eadẽ rõne. q de ꝓsiderat seipm qui est pelagus ifinitũ absolute: ⁊ ſm se: ⁊ ut est pelagus ifinitũ: ⁊ in hac ꝓsideratiõe clare ⁊ lucide cõprehẽdunt oẽs ꝓsideratiões: ut oĩa nuda ⁊ apta sint oculis eius. Sed hec scientia non considerat de isto pelago sub ratione qua pelagus infinitum: sed sub speciali rõne ut btificator noster. Differt etiaz q̃tũ ad lumen per qõ ꝓsiderat: q deus ꝓsiderat seipm per lumẽ qõ est ipse. qõ est lumẽ increatũ. Sz hec scia initit lumini derivato ab ipso: qõ est lumẽ creatũ. Sz si cõparetur hec scia ad sciam btõr videt differre in lumine. Nã ipsi videt sb lumine claro. Nos aũt sb lumie enigmatico. de illo g eodẽ: ut de deo: ⁊ sb eadẽ rõne: ut in eo q btificator de quo ꝓsiderãt bti ꝓsideram ⁊ nos: sz sub alio lumine. Que g ipsi videt facie ad faciẽ rõne luminis clari: nos videmus per speculũ in enigmate rõne luminis enigmatici. ut satis inuit apls prima ad cor. 6°. cũ g erim in pria dicem illud ps. Sic audiui m sic vidim. Qõ eni nũc per auditũ: ⁊ per fidẽ noui m: tũc per visũ: ⁊ per spẽz ꝓtẽplabimur. q̃tũ g ad rẽ ꝓsideratã: ⁊ modũ ꝓsiderãdi: non videt canon. biblie ponẽ diziam iter sciaz viatorũ ⁊ btõr: sz q̃tũ ad lumẽ ut q̃tũ ad cognitionẽ clarã ⁊ obscurã. nec est dzia parua: q hoc est quodãmõ plus differre: q̃ differat que cũq scie hũane: cũ oẽs hũane scie initant eidẽ lumini. ¶ Hijs oĩb plibatis uolum soluẽ rõnes in ꝓriũ factas: taz ad eas in qõne positas: q̃ ad alias in argumẽtis adductas. Nã cũ dr q illud qõ est sbm in scia i perfecte cognitũ: est finis scie cognitũ pfecte: ꝓcedit. Cũ postea subdit q ꝓsiderare deũ sb spãli rõne est cognoscẽ ipm pfecte. pp hoc q̃dẽ istud ptinet magis ut est finis: q̃ ut est sbm. Dici debet ut alibi plies dixim q nõ cũdẽ modũ hñt fozme sepate: ⁊ in mã recepte: q ut recipiunt in mã q̃to vniuersaliores sũt tanto mã liores ⁊ iperfectiores: sepate aũt ecõuerso. Ut si eẽnt q̃ditates sepate: ut posuit plato eẽ: qõ est vniuersali q̃ viuẽ eẽt mlto pfecti q̃ ipz viuẽ. Et q pfectiões illes q̃s posuit plato sepatas: nos põim vnitiue: ió q̃to magis ſm se ⁊ absolute cognoscit de: tãto pfectiori mõ cogscit. Uñ ⁊ ut separem hãc sciam a scia dei. ⁊ ut oñderem ista iperfectiorẽ illa. dicim q de ꝓsiderat se absolute: ⁊ ſm se. nos aũt in hac scia ꝓsideram ipm sb spãli ratione. Uel possum dicẽ q cõsiderare aliq̃d sb spãli rõne põt eẽ pfecte ⁊ iperfecte. de igit sub spãli rõne ꝓsiderat: ⁊ sb illa spãli rõne iperfecte cognit est sbm in hac scia: sz sub spãli rõne cognitus

ꝑfecte ꝓut ꝑfecte ꝑt cognoſci: in vita eſt finis huiꝰ ſcie.
¶ Q. ꝺ̄ ṽo addebat ſcō q̄ hec ſcia eſt quedā deriua
tio: ⁊ quedā ꝓticipatio diuine ſcie. ⁊ q̄ ſilitudo: ⁊ ima
go eius dici debet. Q. ꝓ̄ ꝓ̄ tāto hec ſcia eſt ſilitudo ⁊
imago ſcie diuine: ꝓut eſt ꝓticipatio eiꝰ. Participare
aūt idē eſt: q̄ partē cape. non ḡ in illo pelago: ⁊ in illa
totalitate ꝓſiderat hec ſcia de deo ſm q̄ ꝓſiderat ſcia
dei. iō hec ſcia dei hēt deū ꝓ̄ obiecto in illa totali-
tate ⁊ in illo pelago. hoc aūt aliq̄d participat de hoc:
⁊ hēt deū ꝓ̄ ſ̄bo ſub ſpāli rōne. ¶ Q. ꝺ̄ aūt dicebat
tertio de reſtauratiōe: dici debet q̄ ibi reſtauratio de
bet ſumi large ꝓ̄ q̄libet ſuppletione defectꝰ. Si eni
hō nunq̄ peccaſſet: nihil minus tñ ex puris nāliꝫ nō
potuiſſet conſequi btitudinē. ſcia ḡ tūc tradita eēt de
deo gl̄ificatore ⁊ ſuppletore ſiue reſtauratore. queli-
bet eni reſtauratio ē defectuū ſuppletio. ¶ Q. ꝺ̄ aūt
addebat de ambabꝰ ꝓditionibꝰ: q̄ nō debēt poni cō
ditiones ſubiecti: lz ſint ꝓncipales: q̄ ⁊ metaca ꝓnci-
palr ꝓſiderat de deo: tñ deus nō eſt ibi ſ̄bz nec ꝓditio
ſubiecti. Dici debet q̄ hee ꝓditiones nō ſunt quocūq̄
mō ꝓncipales: ſz ſunt ſic ꝓncipales q̄ ſub talibus ꝓdi
tionibꝰ ꝓſiderat q̄quid ꝓſiderat in hac ſcia. Nō autē
ſic deꝰ ꝓſiderat ꝓncipalr in metaca. q̄ rō ſub qua idu
cit q̄quid ꝓſiderat in metaca nō eſt deꝰ: ſz ens. ita q̄
ens in eo q̄ ens: eſt ibi ſ̄bm. Et q̄ hec ſcia ꝓſiderat de
deo. ⁊ q̄quid ꝓſiderat de eo: ꝓſiderat ſm has ꝓditio
nes. ſicut q̄quid ꝓſiderat metaca de ente ꝓſiderat ſub
rōne entis. pp q̄ō ſicut ibi ens in eo q̄ ens eſt ſ̄bm: ita
⁊ deꝰ in eo q̄ gl̄ificator ⁊ reſtaurator erit ſ̄bz. ¶ Ad
uertēdū tñ has duas ꝓditiones ſic ſe hꝫ q̄ vna ordi-
nat ad aliā: q̄ reſtauratio ordinat ad gl̄ificationē. gli
ficatio ḡ eſt ꝓditio ꝓncipalis. reſtauratio aūt uel ſup-
pletio defectuū ponit ad exprimēdū modum gl̄ifica
tionis. Nā hoc mō deus nos gl̄ificat ⁊ ad btitudinē
ꝓducit reſtaurando nām: uel ſupplendo defectū nāe.
¶ Ad argumēta aūt in ꝯriū eſt ſoluēdū. Nā cū dice
bat ſi ſcia nr̄a eēt de deo tāq̄ de gl̄ificatore: nō differ
ret a ſcia btōruz. pōt dici q̄ imo: q̄ differt in lumine:
q̄ ſ̄b alio lumine videt bri: ⁊ ſub alio viatores. ⁊ hec
nō eſt modica ꝺ̄ſia: ut añ dicebat. ¶ Uel poſſumꝰ di
cere q̄ ſcia btōz ⁊ viatoz ꝓſiderat de eodem ſub ea
dē rōne. ut ſupra inuebat: q̄ quelibet ꝓſiderat de deo
in eo q̄ gl̄ificator. Uñ idē ſub eadez rōne eſt ꝓſidera
tū utrobiq̄: iſta tñ eadē rō: eſt eadē ⁊ nō eadē. Nam
de deo ut gl̄ificatore alr cōſiderat ſcia btōz: ⁊ aliter
viatoz. Nam ſcia btōz ꝓſiderat de deo ut eſt gl̄ifica
tor in re. Uiatoz aūt ꝓſiderat de deo ut eſt gl̄ificator
in ſpe. nō ḡ ſunt eadē ſcia hec ⁊ illa. ¶ Q. ꝺ̄ aūt adde
bat q̄ ſi deꝰ in hoc q̄ gl̄ificator ꝓſideraret in hac ſcia
cū in metaca ꝓſideret in eo q̄ ens. cū ens ⁊ vnū ꝓuſ ſit
q̄ bonū. ꝓ̄ eēt metaca que cōſiderat de deo in eo q̄
ens. q̄ iſta que ꝓſiderat de deo in eo q̄ gl̄ificator ⁊ in
eo q̄ eſt nr̄a btitudo ⁊ noſtrū bonū. Dici debet q̄ nul
la ſcia humanit' inuenta poteſt cōſiderare de deo nec
in ſe nec ſm ſe: ſz ſolum ut cognoſcit per hec ſenſibilia
⁊ per creaturas. Si ḡ eēnt due ſcie ⁊ quelibet eēt de
deo ſolum: ut eſt cognit' per creaturas. vna tñ illarū
eēt de deo in eo q̄ ens. alia vō eēt de deo in eo q̄ bo-
nū. uel ſ̄b aliq̄ ſpāli rōne. Nulli dubiū eſſet q̄ ſcia ꝓſi
derāſ de deo in eo qō ens: eēt alia ꝓ̄: eo q̄ ens ⁊ eē
eſt ꝓmū q̄ in aīa ꝓcipit. ut vult auicēna in metaca ſua.
Sz hic alia rō reformat pactuz. conſiderat enim hec
ſcia de deo in eo q̄ deꝰ: ita q̄ ipe deꝰ eſt ſ̄bm in hac ſci
entia: qō de nulla ſcia humana dici pt. ſz ſcia ꝓſideraſ
de deo in ſe ⁊ hīs ipm deū oīno ꝓ̄ ſ̄bo ſ̄b quacūq̄
rōne ꝓſideret ipm ſiue ſub ſpāli: ſiue gñali: ſiue ſub q̄-
cunq̄ rōne ꝓſideret ipm erit dignioꝛ ⁊ ꝓ̄ quacūq̄
alia ſcia: que ꝓſideret deuz ſolum ut eſt cognoſcibilis
per creaturaſ: ⁊ que nō hēt deū ꝓ̄ ſ̄biecto. nam hoc
mō metaca eſt dignioꝛ ⁊ ꝓ̄ oībuſ aliis ſciētijs: q̄ eſt
maxime diuina: ⁊ eſt quaſi dea ſciarū. ⁊ q̄ ſciētia reci
pit ſpēm a ſ̄bo: cū nulla ſcia humana poſſit eē de deo
tanq̄ de ſubiecto: ⁊ iſta ſit de deo tanq̄ de ſubiecto
erit magis diuina q̄ aliqua alia humana. ſub quacun-
q̄ ergo ratione conſideret deum ſcientia humana ex
quo nō pōt hēre deū ꝓ̄ ſubiecto nō erit ita diuina ſi
cut iſta. ⁊ q̄ hec eſt diuinioꝛ iō ꝓ̄ ⁊ dignioꝛ. ¶ Sz
dices q̄ eſt diuinioꝛ ⁊ dignioꝛ nō tñ eſt ꝓ̄: q̄ ꝓ̄ us eſt
ꝓſiderare deū ſub rōne qua ens: q̄ ſub rōne qua gl̄ifi-
catoꝛ. ¶ Dicemus ḡ q̄ cognitio dei in ſe ſub quacun
q̄ rōne hī' ſit. eſt ꝓ̄ q̄ cognitio dei ut ſolum habeē
per creaturas ſub quacūq̄ rōne hoc fiat. Nā ſicut de
us eſt ꝓ̄ creatura: ſic ſcia que ꝓſiderat de deo in ſe ⁊
hēt deū ꝓ̄ ſubiecto: ſub quacūq̄ rōne ꝓſideret ipm
eſt multo ꝓ̄ q̄ aliqua ſcia humana que ꝓſiderat ipz
ſolū. ꝓut ductu rōnis per creaturas eſt cognoſcibilis
iſta ḡ eſt dignioꝛ ꝑfectioꝛ: ⁊ ſimplr ꝓpioꝛ q̄ aliqua alia
ſcia humana. alie aūt ſcie humane pñt eſſe ꝓores quo
ad nos. q̄ que ſunt ꝓora ſimplr: noſtro itellectui ſunt
poſteriora. ¶ Uel poſſumus dicē q̄ cū nō ſm eādez
rōnē ꝓſideret deus in theologia ⁊ in alijs ſciētijs. uel
le ex hoc arguē ꝓritatē ſciarū aliarū ad iſtā: eſt ꝓce-
dere in equiuoco. ¶ Poſſumꝰ ēt ⁊ alr ad fozmam ar
gumēti rndē per qō declarabit q̄dāmō tota qō que-
ſita. Dicemꝰ eni q̄ hec ꝺ̄ditio addita ſubiecto videli-
cet q̄ deus in eo q̄ gl̄ificatoꝛ noſter uel in eo q̄ finis
noſtre gl̄ificationis nō hoc facit q̄ deus ſit ſubiectuz
ſoluz ſub rōne boni. nō aūt ſub rōne entis uel ſ̄b rōne
ueri. ſz reſtringit qualr deus ſ̄b rōne entis uel ſ̄b rōne
ueri ſit hic ſ̄bm. Nā diſpoſitio vniuſcuiuſq̄ rei in en-
titate eſt ſua diſpoſitio in vitate. ⁊ ſicut res ſe hēt ad
eē ſic ad cognoſci. ut declarī hēt 2° metacc. Si ḡ deuſ
in illo pelago ſm q̄ deus: ⁊ ſm q̄ eſt infinituz pelagus
entitatis eēt ſ̄bz in ſcia beatoꝛ poſſet cognoſci a bea
tis oi modo quo cognoſcibilis eſt: qō falſum eſt. Nā
chīs ſm q̄ homo hēt ſupmū gradū btitudinis ultra
quā nō pōt cē ꝓceſſus. ſi ḡ deus eēt ſ̄bm in ſcia beato
rū oi mō quo cognoſcibilis eſt tenens ſupmū graduz
ſm illū modū cognitionis cōꝓhēderet deum ⁊ co-
gnoſceret ipm oi modo quo cognoſcibilis eſt: qō fal-
ſuz eſt. Nam ⁊ ipe chīs in eo q̄ hō nō cognoſcit hoc
modo deū. ⁊ ſi dicat q̄ deꝰ q̄tū eſt de ſe totū ⁊ totalr
ſe offert cuilibet beato. dicemus q̄ nullus btōruz eſt
aptus natus: nec pōt eē aptus ſm ſciam quā hēt deū
totum ⁊ totalr cape. Scia eni ſumit ſpēm ex obiecto
ſm q̄ hñs ſciam: per ſciētiam illam eſt aptuſ natus in
obiectū ferri. ut ſi metaca uerſat circa ens ſumet me-
taca ſpēm ex ente. ſm q̄ habēs hī' ſciam: per eam eſt
aptus natus in ens ferri. Ex hoc autem modo ferēdi
qui repugnat ſcie ⁊ hñti ſciam nō pōt ſcia ſumē ſpēz.
⁊ q̄ ipi ſcie beatoꝛ ⁊ habenti hī' ſciam: cū totum di-
cat q̄d infinitum repugnat q̄ ferrat in deū omni mo-
do quo cognoſcibilis eſt. q̄ ſ̄bm in ſcia debet aſſigna
ri cū ꝺ̄ditione illa. ꝓut ſcia eſt apta nata in ipm ferri: ⁊
ꝓ̄out ex eo ſumit ſpēm non aūt ꝓut ei repugnat deuſ
oi modo quo cognoſcibiliſ eſt nō erit ſ̄bm in ſcia btō
rum. Nam non ſoluz ex parte noſtra uel ex parte bea
toꝛ hñtium ſciam: ſz ēt ex parte ipius ſcie: cum deuſ
de rōne ſui ſit q̄d infinitū ſumit hic repugnātia: q̄ hī'
ſcia non poſſit ferri in deū omni modo quo cognoſci
bilis eſt. ꝓpter qō deus ſ̄b hac rōne in illa ſcia non
poterit eē ſ̄bm. Multo aūt magis non eſt hoc modo

sb̄z in scia nostra que ualde deficit a scia illa. Si ergo deus ⁊ quelibet res sicut se hēt ad eē: ita se hēt ad cognosci. Si deus absolute ⁊ fm suū pelagus entitatis eēt sb̄m in aliqua scia creata: esset ibi sb̄m oi mō quo habet eē. ⁊ per ꝓ̄ns omni mō quo hēt cognosci. qō est falsum ⁊ ipossibile. iō dicemus addēdā eē spālem cōditionē ut restringat ꝓsiderationis modus: ⁊ ut dicamus deū non eē sb̄m: nec in scia nostra: nec in scia btōrum omni mō quo hēt eē: nec omni mō quo cognosci bilis est. sz in scia beator̄ est sb̄m deus sb̄ hac ꝓditione: ꝓout ip̄i per sciam quam hn̄t tendunt ⁊ sunt apti nati tendē in ip̄m tanq̄ in sb̄m btificans ⁊ tanq̄ in finem glificationis. Bti eni videntes deū non op̄z q̄ videant oia simplr ⁊ absolute: sz vidēt oia que ad btitudinē req̄runt: sine cognitione quor̄ bti esse non p̄n̄t. deus ḡ nō quocūq̄ mō cognitus: sz ut sic cognitus in illa scia est sb̄z. si ḡ est aliqua cognitio de deo: sine qua non possumus eē bti. ⁊ aliqua cognitio de ip̄o que ad btitudinē ꝓsequat uel que pōt ꝓsequi: que pōt eē maior ⁊ minor: nunq̄ tn̄ scia beator̄ ad hoc est apta nata puenire. imo repugnat ei: q̄ pueniat ut ferat in deum oi modo quo cognoscibilis est. addenda est ḡ specialis ꝓditio restringens illud ꝓsiderationis pelagus ut dicamus ꝓout scia beator̄ tendit in deū non absolute tanq̄ in pelagus infinitū. sed ꝓut est obiectū btificans: est sb̄m in scia beator̄. Infinitum ergo est pelagus qō bti vidēt: sed nō vident ip̄m ut est pelagus infinitū. deus ergo in illa scia est sb̄m: sed nō sub absoluta rōne ⁊ ut est ifinitū pelagus: sz sub aliqua rōne spāli restringēte ꝓsiderationē pelagi ifiniti: per qō de⁹ ut est btificator̄ est sb̄z in scia beator̄ ⁊ in nostra: aliter tn̄ ⁊ alr. nā in scia beator̄ est sic sb̄m ꝓout bti videndo deū nō vident oia simpliciter ⁊ absolute: sz vidēt oia que ad btitudinē requirunt̄ uel que visionē beatā cōsequunt̄: fm q̄ magis ⁊ minus hn̄t de lumine glie. uel ꝓut hi⁹ cognitionē magis ⁊ minus pfectā hn̄t. sz in scia nostra siue in theologia deus ut btificator̄ est sb̄m: ꝓout ꝓsiderādo de deo nō ꝓsideramus de oib⁹ simpliciter q̄ nō ꝓsideramus uana ⁊ curiosa ⁊ noxia. sed ꝓsideramus de oib⁹ illis per que ad huⁱ⁹ btitudinē manu ducimur ⁊ iuuamur. uel ꝓsideram⁹ de oib⁹ illis per que saluberrima fides nutrit: ⁊ roborat. que saluberrima fides ad hi⁹ btitudinem uerā nos iuuat ⁊ ducit. ¶ Ad formā ḡ arguēdi cū dr̄ q̄ si hec scia haberet ꝓ sb̄o deum ut est sic glificator̄ tūc hēret ꝓ sb̄o deuz sb̄ rōne boni: ⁊ tūc posterior̄ cēt metaphisica que considerat de deo sub rōne entis ⁊ ueri. patet q̄ hec conditio addita non hoc facit ut deus non sit hic sb̄m sub rōne entis ⁊ ueri. sz restringit qualr deus sub rōne entis ⁊ ueri sit hic sb̄m. Nam lz ens ꝑmū sit cā ois esse. ⁊ ueritas ꝑma sit cā omnis ueri. non tn̄ ꝑpter hoc: hec scia considerans de ente ꝑmo ⁊ ueritate ꝑma: pōt considerare de oibus que sunt entia ⁊ de oibus que sunt uera inquantū ista talia p̄n̄t esse noxia ⁊ curiosa: sz soluz ꝓsiderabit de illis que sic sunt entia: ⁊ sic sunt uera. q̄ per ea ad uerā btitudinē manu ducimur ⁊ iuuamur. ⁊ per ea fides saluberrima que ad hi⁹ btitudinē gignit ⁊ nutrit. defēdit ⁊ roborat. Qō. III

s Ecundo querebat de deo q̄tuz ad ꝑdestinationē eternaz: cū ꝑdestiatio diuina falli nō possit. Et circa huiusmodi querebat de ipo predestinato. Utruz posset se perpetuare in vita: ⁊ arguebat q̄ sic. Predestinat⁹ pōt peccare: ⁊ q̄ est liberi arbitrij semp pōt manere in pctō. sz q̄diu manebit in peccato nō morief: q̄ tūc diuina predestinatio falleret. ⁊ si non moreret: q̄diu erit in peccato semper poterit se perpetuare in vita. ¶ In ꝓrium est. q̄ si predestinatus semp se ꝑpetuaret in hac tpali vita nunq̄ fieret saluus: nec hēret gloriam eternā. ⁊ ita frustraretur p̄destinatio: que est preparatio gratie in p̄nti ⁊ glie in futuro. ¶ Dicēdū q̄ hec ꝓpositio est falsa. predestinatus pōt se semp perpetuare in vita. Qō dupliciter declarabim⁹. ꝑmo ex modo uerificandi propositiones. 2° ex ip̄o libero arbitrio: ubi videf fundari difficultas quesiti. ¶ Propter ꝑmum sciendum q̄ sicut se hēt in re ita ⁊ in veritate. Nam aliqua sunt per se: aliqua sunt per accidēs. videmus enim in ip̄is passionib⁹ q̄ alique sunt passiones per se: alique per accidens. Nam passiones sequentes formam ⁊ spēm sunt per se. sequentes aūt materiam ⁊ indiuiduum sunt per accidēs: ideo dicimus q̄ ꝓpria sunt accidentia speciei. sed accidētia sunt accidētia indiuidui. ea eni que sequunt̄ spēm ⁊ formam sunt per se respectu eor̄ que sequunt̄ indiuiduū ⁊ materiam. nam cum mā non sit nā nisi per cōparationem ad formā: illud potissime competit rei fm se ⁊ fm naturaz: q̄ competit ei fm formā: sed sicut in eē ratio perse sumit magis ex forma. ratio aūt per accidēs magis ex materia. sic ⁊ in ueritate propositionū. propositiones eni que uerificant rōne forme sunt magis per se. Que autem uerificant rōne māe sunt magis per accidens. Si aūt dicat albū pōt disgregare: erit uera per se q̄ uerificat rōne forme. sed si dicatur albuz pōt fieri nigrum: erit uera per accidēs: q̄ erit ꝑ ratione materie ⁊ subiecti. album enim nō pōt fieri nigruz fm se sz rōne materie uel sb̄i: q̄ sb̄m qō est sub forma albi pōt esse sub forma nigri. Ex albo enim fit nigruz: uel ex non ente fieri ens: est per accidēs non per se. Qō si uolumus hoc ad p̄destinationē adaptare. Dicem⁹ q̄ p̄destinatus dicit p̄sonā aliquā exīntē sub diuino ordine: siue sub ratione predestinationis. ipa ergo persona sic se habens: est quasi materia. ip̄e autem ordo sb̄ quo existit: se habet quasi forma. Si ergo dicatur predestinatus potest saluari est uera per se: q̄ hoc cōpetit ei ex dino ordine: ⁊ ex eo q̄ est in hac locutiōe formale. sed si dicatur predestinat⁹ pōt damnari est uera per accidēs non ratione p̄destinationis: sed ratiōe materie uel subiecti: qō predestinationi substernitur ip̄m eius subiectum ut sortes uel plato cum sit liberi arbitrij potest damnari. Predestinatus enim non damnatur: potest tamen damnari. ¶ Aduertēdum tamē q̄ que sunt uera per accidens nihilominus uera sunt. nam licet sit per accidens q̄ homo sit albus uel niger uel medio colore coloratus: nihilominus tamē uerū est q̄ homo ita sit coloratus. Si ergo hec esset uera predestinatus posset se perpetuari in vita. uel esset uera per se ⁊ quasi ratione forme: ut ratione predestinationis. uel esset uera quasi per accidens. ut ratione materie uel subiecti: ut ratione liberi arbitrij q̄ quasi materialiter diuino ordini ⁊ diuine p̄destinationi sb̄sternitur. Qualiter aūt sit ista substractio utrum predestinatio ponit aliq̄d in p̄destinato. patet q̄ p̄destinatio uel ponit aliq̄d fm rē in p̄destinato uel saltē ponit aliq̄d in eo fz diuinā p̄uisionē ⁊ fz diuinū ordinē. Si eni p̄destinatio est quedam gr̄e ꝑparatio in p̄nti ⁊ glie in futuro: quicūq̄ est p̄destinatus uel hēt actu in se gr̄az uel p̄uisione diuina ⁊ infallibili p̄uisus est hēre gr̄am. hi⁹ aūt diuinus ordo est q̄si q̄d formale respectu eor̄ que huic ordini sb̄sternunt̄. Neutro aūt istorū modor̄ poterit uerificari q̄ p̄destinatus se in vita ꝑpetuare possit. nō eni hoc poterit uerificari q̄si per se: ⁊ rōne predestinationis. q̄ ut in arguēdo tāgebat

tūc frustraret pdestinatio. si eni pdestinat' fz q̄ hui' posset se ppetuare in vita. tunc pdestinat' fm q̄ hui' posset nō saluari: sed posset se ꝓtinuare in hac vita se culi: in qua nō posset ꝓficere beatitudinē: sed peregrinamur a dño. pōt ēt pdestinatus dānari: uel pōt nō saluari: sed nō in eo q̄ pdestinat'. sed rōne ei' q̄ pdestinationi sb̄sternit. Si g̃ falsuz est pdestinat' fz q̄ hui' possit nō saluari. falsuz est q̄ pdestinatus fm q̄ in vita hui' seculi se ppetuare posset. nō g̃ erit p̄fata locutio va per se: uel q̄si rōne forme. nec erit va q̄si per accidēs rōne māe: ut rōne liberi arbitrij: q̄ pdestinationi sb̄sternit. qz ex libero arbitrio non hēt hō q̄ se possit ppetuare in vita. est g̃ p̄fata. ppositio simplr iudicanda falsa: qz nullomō vificat: nec rōne forme: r q̄si per se: nec rōne māe r q̄si per accns. ¶ Scōa via ad hoc sumit ex pte ipi' liberi arbitrij. ubi vī fundari difficultas quesita. ex hoc eni in quesito difficultas resultat. Quia si liberū arbitriū nō pōt cogi sp pōt stare in pctō. r q̄diu stat pdestinat' in pctō non moriet. vī ex hoc q̄ possit ppetuare in vita. ¶ Propter qō sciēdū q̄ liberū arbitriū optime stat cū ifallibilitate dine p̄scie. nā dina p̄scia ic̄ est infallibilis: qz oia sunt ei p̄nta. vñ augustin'. 15°. de trini. c. 13°. vult q̄ de' nō aliq̄ nouit creata q̄ creāda. oia eni sibi sūt p̄nta. tot' aūt iste decursus rerū est dine sapiētie pns. sed sic est in his que p̄ntialr videm': q̄ siue ueniat ꝓtingēter: siue necessario per se loquēdo: nō fallimur in illis. nra aūt ifallibilis notitia nō dat reb' necessarijs necessitatē: nec tollit a reb' ꝓtingētib' ꝓtingētiā. sed quelibet fm modū sue nāe uenire pmittit ut boeti' exemplum ponit in li°. de ꝓsolatione. nā si p̄ter video solē oriri r homines currere in neutro illoz fallor. Si video hoiez currere ve possum dicē: qz hō currit. r si video solē oriri uere dicet q̄ orit. nihilomin' tñ sol orit necessario: r hō currit ꝓtingēter. meū eni videō nō obstate q̄ sit infallibile circa utrūq; nō tñ dat necessitatē ortui solis: nec tollit ꝓtingētiā cursui hois. Ad hoc eni q̄ scia sit ifallibilis de aliqua re nō opz q̄ res non possit aliter eē: sz suffic̄ q̄ nō aliter sit. Ad hoc eniz q̄ ds nō fallat cū viderit hoiez currē sufficit q̄ ita sit ut videt: nō opz āt q̄ nō possit aliter eē: ex eo eni q̄ video hoiez currere: r nō fallor nulla necessitas est in cursu hois nisi forte ꝓditionata. sic oē qō est qñ est: necesse est eē. Optime eni stat ifallibilitas notitie mee cū video hoiez currē cū libtate arbitrij currētis. qz ille nihilomin' libē currit: r pōt currē: r non currere. Sic r in ppōsito totus decursus rerū est deo pns. iō circa hoc nō fallit: siue sit necessariū: siue ꝓtingēs cū infallibilitas dine cognitionis nō dat reb' necessitatez: nec tollit a ꝓtingētib' ꝓtingētiā. Uerū eni est q̄ ita erit sicut de' puidit. sz nō est uerū: q̄ nō possit aliter eē pp qō si pdestinauit me r videt me saluādū. ueruz est q̄ ego saluabor: sed hoc nō est uerū q̄ nō posset aliter eē. pōt g̃ pdestinat' finalr peccare: r pōt dānari: qz ifallibilitas dine p̄scientie nō iponit ei necessitatez. attn̄ finaliter nō peccabit nec dānabit. nulla est autez ibi necessitas simplr nisi ꝓditionis. sic oē qō est qñ est: necesse est eē sic eni cū aliq̄d est pns in re: necesse est sic eē: ut est nō simplr: sz sub ꝓditione: qz oē qō est: qñ est: necesse est esse. dū est ita. Et futura que sūt p̄nta p̄scie diuine: necesse est euenire que de' puidit nō necessitate simplr: sz qz iā sūt p̄nta dine p̄scie necesse est sic eē: ut sūt p̄nta. Quo viso dicam' q̄ si dicas pdestinat' sp pōt peccare: r qz sp pōt peccare: r nō pōt mori: dū est in peccato. iō pot se ppetuari in vita. Dicem' g̃ q̄ hec argumētatio accipit oia falsa. Nā q̄ pdestinatus sp posset peccare falsa est r rōne pdestinationis: r rōne libi arbitrij. Nā ipz liberū arbitriū nō pt sp eē ꝓiunctū coz pori. r iō nō pōt sp peccare. sz tādiu pōt: q̄diu est in hac ualle miserie ꝓiūctū coz pori. ¶ Rursus alia. ppositio q̄ pdestinatus q̄diu est in pctō nō pōt mori: falsa est. Predestinat' aūt pōt in pctō mori: nō tñ morietur. Si g̃ accipis fm possibilitatez utraq; est ēt falsa videlz q̄ pdestinat' possit sp peccare: r q̄ nō possit in pctō mori. sz si accipis fm actū: tūc falsa est ppositio p̄': videlz q̄ pdestinat' sp peccet: uel q̄ sp in pctō ꝓsistat: r tūc falleret dina p̄sciētia: r si nō sp in pctō ꝓsistet: nō poterit hoc modo ppetuare in vita. r per hoc patet solutio ad obiectū.

Questio. IX.

Tertio querebat de ordine quo deus creat res. Et erat qō. Utrū in creatione rerū itelligē pcedat uelle uel ecōuerso. r arguebat q̄ itelligē pcedēt uelle: qz in his que pcedūt. artificialiter a nobis ut dicebat itelligē pcedit uelle: g̃ in creatiōe rez cū creature cōparent ad deū tanq̄ artificiata ad artificē: opz q̄ in hoc itelligē pcedat uelle. ¶ P̄. in scriptura sacra sp fit cōmemoratio de itelligē hoc mō. scriptura sacra dicit deū. pducē res dicēdo. i. formādo vbū: r itelligendo iuxta illud psal'. ipe dixit r fcā sunt. ¶ In ꝓriū est qz. pductio rerū est ex ordinatione dei. sz hoc nō est sine dina uolūtate: sz hoc ptinet ad ei' uolūtatē g̃ rc̄. ¶ R°. dōz q̄ nō pōt eē hec qō de scia dei: que est pure speculatiua: r que nō pt eē p̄ctica: cuiusmodi est scia quā hēt de' de seipo. Erit g̃ hec qō de scia quā hēt de' de creaturis: pp qō sciēdū q̄ magr̄ p°. sniarū distictione. 38. Ult q̄ scire dei nō sit cā rerū: nisi put includit dinū bñplacitū. vñ ait. Ita ēt dicim' sciaz: ul' p̄sciaz nō esse cāz eoz que fiūt nisi talē sine qua nō fiūt. Si tñ sciaz ad notitiā tñ referam'. r sb̄dit q̄ si vo noie scie icludat: r bñplacitū atq; dispositio: tūc recte dici pōt cā eoz que de' fac. ¶ Scōm hoc g̃ distinguem' de scia ꝓactica. dicem' eni q̄ q̄tūcūq; scia ꝓactica sit in intellectu. intellect' eni nō dī ꝓacticꝰ fz talē sciaz: nisi put se extēdit ad op': qz ut dī in 3°. de aia. intellectus speculatiu' extēsiōe fit ꝓacticus. Ipsa g̃ scia ꝓactica pōt ꝓsiderari duplr. uel ut ds speculat fm eā. ul' ut ordinat eā ad op'. cū g̃ queris utrū in talib' intelligere pcedat uelle. Si intelligat de intelligē speculatiuo ul' de ordinato ad opus pcedit uelle. sed tale intelligere ut patet per magistrū sentētiarū nō est cā operis nisi cā sine qua nō. ubi eni artifex per suā artē specularet nō ageret per suā artē. Ex hi' tñ speculari: nō sequetur opus nisi per uolūtatē ordinet ad opus. Intelligē g̃ speculatiuū nō duz ordinatū ad opus pcedit uelle. sed ordinatū ad opus sequit uelle. qz non ordinat ad opus nisi per uoluntatē. Uñ r phs vult q̄ ꝓncipiuz artificialiuz sit uoluntas: ut patet ex 6° meta^ce. vnde idē ibidē ait. Q. artificiatum est idez q̄ uolitum. fm ergo speculationez operis intelligere ꝓcedit uelle. fm autez ordinationē ad opus uelle pcedit intellige re. Ideo uoluntas dei dicit ꝓma r supꝛema cā omnium rerum. quia intelligere illud speculatiuū qō ꝓcedit uelle: nō est causa rerum: nisi sine qua nō. Q. autez uoluntas sit causa patet per augustinū libro 3° de trinitate cap'o 4° qui ait. Q. uoluntas dei est ꝓma r supꝛema causa omnium corporalium rerum: uel spiritualium ac motionum. Pari etiam ratione est ꝓma r supꝛema causa omnium specialium rerum: in deo ergo non est ista ꝓioritas fm rem. quia suum uelle nō differt realiter a suo intelligere: nec est ista ꝓioritas fm tempus: quia ibi nihil ex tēpore incohatur:

Sz nihil huiꝰ pᵓioritas est ſm nr̄m modū intelligendi. Nā ſm nr̄m modū itelligēdi ꝓpus itelligimus deū ſpeculari oīa. poſtea intelligimꝰ ſm ſuū beneplacituz eligere hec: uel illa facere: ſm quā electionem ſuam ſcientiam ad opus applicat: ut illa faciat que eligit. ⁊ diſpoſuit facē. Uñ dicimꝰ in deo eē ſcia ſuiipſi⁹ ⁊ eē ſciaz aliarū rerū. ¶ Rurſus ſciaz aliarū rerū diſtinguimꝰ duplicē. Unaz que uocat ſcia ſimplicis notitie quā hēt deꝰ de oibꝰ poſſibilibꝰ fieri. ⁊ alia que uocat ſcia viſionis quā hēt deꝰ de factiſ: uꝫ de fiendis. Scia eni ſimplicis notitie que nō eſt cā niſi ſine qua nō ſm nr̄z modū itelligēdi ꝓcedit uelle: ſz uelle ꝓcedit ſciaz viſionis. qz nō ptinēt ad aliq̄ ſciaz viſionis: niſi q̄tenus ſūt uolita uꝫ pmiſſa. Patet g̈ q̄ in creatione reꝝ itelligē ſpeculatiuū qō eſt cā ſine quo nō: uꝫ ſcia ſimplicis notitie que eſt cā ſine qua nō: ꝓcedit uelle. Sz intelligē ex quo ſeq̄tur opus: ⁊ q̄ eſt determinatū ad opꝰ ſm nr̄m moduz itelligēdi: ſeq̄tur uelle cū iſta determinatio nō fit niſi per uolūtatē. ad uolūtatē enim ſpectat determinare ſciaz ꝓacticā ut ex ea ſequatur opꝰ. ¶ Ad argumētū aūt in ꝯriū cū dī. Q̄z ita eſt in nobis q̄ itelligē ꝓcedit uelle: in his que artificialiť a nobis fiūt. Dici debet q̄ itelligē ſpeculatiuuz per qō ſpeculamur ea que ſūt artis: pōt ꝓcedē uelle. ſz itelligē ꝓacticū: ⁊ iā extēſuz ad opꝰ: uꝫ iā determinatū ad opꝰ ſeq̄tur ipz uelle: qz huiꝰ cā eſt uolūtaſ: ſic ⁊ in deo ſm nr̄m modū itelligēdi reſeruat ibi q̄dāmō talis ordo. ¶ Qō vo ulteriꝰ arguebat q̄ ſacra ſcriptura oia attribuit ad ipz dicē diuinū: qz dicēdo facē. q̄ conſequēs eſt q̄ oia tribuat ſuo itellectui: qz idē eſt dicē q̄ itelligēdo vbū formare. Debet dici q̄ ſic ſcriptura ſacra oia attribuit dīno itellectui qz dixit ⁊ fcā ſunt iſta oia attribuit uolūtati eiꝰ. q̄a oia quecūq; uoluit feē. Uꝫ poſſum⁹ dicē q̄ lz itellectꝰ nō agat: qz nō eſt ꝓacticus: nec opeť exteriꝰ niſi ſm bñplacituz uolūtatiſ hēt tñ aliq̄d itellectꝰ reſpectu opiſ qō nō hēt uoluntaſ. qz in itellectu eſt ſilitudo rei operande. Quia ab archa in aīa fit archa in mā. ut pōt patē ex 7ᵒ metaᶜᵉ. iō rōne huiꝰ ꝓrogatiue quā hēt itellectꝰ aliq̄n opꝰ attribuitur itellectui. tñ nō eſt hoc ſimplr faciēdū: niſi ibi icludať bñplacitū. Quia ut pōt patē per habita ſilitudo in mēte nō ꝓgrediť in opꝰ: nec eſt cā opatiōis: niſi ſz bñplacitū uolūtatis. niſi acciperetur forte cā ſine qua nō. ſed cā ad quā ſequiť opus: nō eſt ſciētia ſine bene placito uoluntatis.

Queſtio. V.

humiditatis ⁊ siccitatis.que sunt q̄litates p̄me quarū est imutare ēt realiter. ¶ Rursus mediū ꝓuz in tali sensu cuiusmodi est caro nō est simplr denudatuz a talib⁹ q̄litatibus:sic̄ pupilla fm se est denudata a coloribꝫ.ipsuz ēt organū sensus tact⁹ qđ dr eē neru⁹ quidam extēsus per totū corpus:nō pōt oino denudatū eē a talib⁹ q̄litatibus.qz nullū mixtū est oino denudatū a talib⁹ q̄litatib⁹ p̄dictis.igitur ut dcmus cām quō sensibilia imutant intētionaliter mediū uel sensuz.dicem⁹ q̄ sensibilia uel nō possunt imutare realiter ⁊ mediū ⁊ sensus ⁊ tūc imutant itētionaliter iuxta duas vias superi⁹ assignatas.uel ut hi⁹ sensibilia sunt apta nata ēt realiter imutare.qđ faciēdo poterūt ēt mutare itētionaliter saltē q̄tenus mediū:uel sensuꝫ sunt denudata a talibus q̄litatib⁹.ut in sensu tactus mediū ⁊ orgaū sensus sunt media,ꝓportio tangibiliū:⁊ sunt denudata ab hi⁹ excellētiꝫ.pp qđ possunt ab excellētibus sensib⁹ realiter.⁊ ēt intētionaliter imutari. ¶ Visum est ḡ quō sensibilia possunt itētionaliter imutare mediū uel sensum qđ esse cōuenit.Uel qz ipsum sensibile hēt ualde debile esse.ut patet in sono. Ꝓpter qđ mediū imutatū fm talē qualitatē realiter non ipedit quin possit imutari intentionaliter.Uel pōt hoc contingere qz mediū ⁊ sensus de se nullā habēt talē q̄litatē ꝓpriaz. Sed sunt oino denudata ab hi⁹ q̄litatib⁹ ut patuit in pupilla ⁊ in aere.Uel 3⁹ potest hoc contingere qz mediū ⁊ orgaū sensus:⁊ si nō sunt oino denudata ab hi⁹ q̄litatibus sunt saltē denudata ab excellētiꝫ talib⁹ qualitatum. Ꝓpter qđ possunt ab excellentiꝫ itētionaliter imutari.Opz eni ut semp recipiens sit aliquo mō denudatum a nā recepti.⁊ qz nullo mō hīe realiter:uel hīe debiliter:uel nō hīe excellenter est aliquo mō denudatū eē. Ideo possunt sbiecta sic se hñtia intentionaliter imutari:qz sunt aliquo mō a talib⁹ realiter denudata. Est tn aduertēdū q̄ hic loquimur de mutatione itētionali fm q̄ pōt a sensu pcipi.naz ,dato q̄ simul cū excellentia q̄litatis posset facere immutationē intētionalē.fm q̄litatē illam talez imutationē nō posset sensus pcipere. ¶ Ostenso quō sensibilia imutant sensum.leue est declarare quō sensus imutatus a sensib⁹ pōt imutare sensuz cōez:⁊ imaginationē ⁊ fantasiā. Nā fm phm in p⁹ de gñatione in.c.de actiuis ⁊ passiuis.uolēs declarare quō existit facē ⁊ pati in entib⁹ ait q̄ accipiēdū est hi⁹ p̄n̄ multotiens dictū:ut qñ hoc qđē est potētia tale:hoc autem actu:tūc hoc est aptū natū facē hoc aūt pati.igitur qz sensus pticularis exterior fact⁹ est actualis:qz actu informat⁹ est specie sensibili iō pt imutare id qō est potentia tale.poterit itaqz ab imutatione facta in sensu fm q̄ est susceptiuus specierū sine mā:uel fm q̄ suscipit spēs itētionaliter fieri imutatio in sensu cōi ab aliis sēsib⁹ exteriorib⁹,,put illō qō est actu tale imutat qō est potētia tale:⁊,put illud qō est actu informatum specie sēsibili imutat illō qō est in potētia ut informat hi⁹ specie.nec opz q̄ agēs in oib⁹ sit ꝑstantius patiente. Sed sufficit q̄ sit p̄stantius in eo q̄ agens.⁊ quia semp actus fm q̄ hi⁹ est p̄stantior q̄ potētia erit sensus exterior informat⁹ specie sensibili:nō simpliciter sed ut requirit rō actiui ⁊ passiui p̄stantior sensibuꝫ interioribus quos fm q̄ hi⁹ potest actualiter imutare. ¶ Hīs itaqz declaratis restat declarare difficultatē tertiā.quō fantasia imutata a sensu cōi ⁊ a sensib⁹ particularibus pōt imutare itellectū possibilē.Dicem⁹ eni nō eē inconueniēs q̄ aliqđ in virtute alteri⁹ agat ultra suā specie.ut accidens in virtute forme sbalis pōt inducere sbalē formā. Nā in igne nulla est virtus activa:nisi calor.ut vult cōmētator in 7⁹.imediatū enim p̄ncipiū actionis nō est forma sbalis:sed q̄titas aliq̄ ut ibidē cōmētator ait.ignis ḡ nō agit nisi calefaciendo.⁊ tn ignis gñat ignē per calefactionē.ḡ inducitur forma sbalis ignis in mā.agit ḡ calor ultra suā spēm: qz pōt inducere sbalē formā. Sed hoc est in virtute alteri⁹.sic est in ꝓposito spēs exñs in fantasia agit ultra suā nāz:qz causat spēm in itellectu possibili. fantasia igit q̄ est qđ corpale agit ultra suā nām:qz agit in itellectū possibilē:qui nō est virt⁹ organica:qz nec est corpus:nec est vt⁹ in corpe.ut ex 3⁹ de aīa hī potest. Sed hoc est in vtute luminis itellect⁹ agentis. Nam sic colores corporales mouēt visum qui est corpalis virt⁹ in vtute luminis corpalis.sic fantasmata mouēt itellectū qui est potētia spūalis in vtute spūaliꝫ luminis.ut in virtute luminis itellect⁹ agētiꝫ.inde est qō in 3⁹ de aīa scribit.q̄ sic lux se hēt ad colores:sic se hēt itellect⁹ agens ad fantasmata. Sic ḡ imaginabimur q̄ oēs virtutes sensitiue tanq̄ in sbiectis fundātur in organis.vñ dicte sunt vtuteꝫ organice.Intellect⁹ aūt agēs ⁊ possibilis:qz nō sūt vtutes organice tanq̄ in sbo fundant in eēntia aie.essentia aūt aie:qz nō est situalis:est tota in toto corpe:⁊ tota in q̄libet parte.ut vult aug⁹ 6⁹ de trini.c.7⁹.hoc ergo mō itellect⁹ agēs ⁊ possibilis erūt p̄tes ipsi fantasie:qz est ibi ꝓsens eēntia aie in qua hi⁹ potētie radicant. ¶ Ꝓpt qđ est alius modus cōtact⁹ fantasie ad hi⁹ potētias. Sz pp talē cōtactū nō posset fantasia aliqđ imp̄imē in itellectū possibilē:qz spūs est p̄stantior oi corpore.ut vult aug⁹ in li⁹ de arbitrio.Cū ḡ agens debeat eē ꝓstātius patiēte:nō pōt potētia corpalis agē in spūalē potētiā nisi in vtute potētie altioris. Ꝓpter qđ coacti sum⁹ ponē q̄dā potentiā spūalē.que sit oia facere sic itellect⁹ possibilis est oia fieri.hi⁹ aūt est intellectus agēs.fantasia ḡ se habebit sic̄ organū intellect⁹ agentiꝫ,put agit in itellectū possibilē. Ꝓpter qđ cū queritur quō fantasia pōt immutare itellectū possibilē dicemus q̄ ut organū attingit passum:⁊ agit in vtute supioris agētis.p̄t agē in rē:que sit ultra suā spēz. fantasia ḡ qz attingit intellectū possibilē:eo q̄ intellectus possibilis sit p̄ns fantasie:qz radicant in essentia aie:que est p̄ns fantasie ⁊ cuilibet pti corpis. ¶ Rursus qz fantasia sic attingit itellectū possibilem qz agit in vtute itellect⁹ agētis iō pōt intellectū possibilē immutare.est ēt nihilominꝰ p̄ns itellectus possibilis aliis virtutib⁹ organicis:qz est in ipsa eēntia aie.que est in q̄libet pte corpis:⁊ cuilibet organo p̄ns:nō tamē imutari pōt itellectus possibiliꝫ nisi a fantasia.quia ⁊ in ipsis virtutib⁹ sensitiuis opz dare gradus.ut si species multiplicant a sensib⁹ per mediū usqz ad sensus pticulares:⁊ a sensib⁹ pticularibus ad sensum cōez ⁊ fantasiā erunt spēs spūaliori mō in medio q̄ in obiecto.⁊ in sensib⁹ pticularibuꝫ q̄ in medio:⁊ in sensu cōi q̄ in sensib⁹ pticularib⁹:⁊ in fantasia q̄ in sensu cōi ita q̄ fantasia hēt quādā p̄ncipalitatē respectu aliarum potentiarū sensitiuaruz.uel qz actualiori mō sunt ibi spēs:q̄ in memoria:uel qz spūaliori mō q̄ in virtutibus aliis.rōne aūt hi⁹ p̄ncipalitatis innixa cū lumine intellect⁹ agentis pōt fantasia imp̄essionē facē in intellectu possibili. qō nō possūt alie virtuteꝫ sensitiue. ¶ Ad id aūt qđ obicit in ꝓriū qz nō pōt intentionale educi de potētia realis.si hoc dictū intelligat q̄ intētionale nō sit sic in potentia mātē:sicut reale:sed magis sit in potētia agentis:qz ad suā p̄fitiā agētis inducit forma intētionalis in suo susceptiuo.qō nō ꝓuenit de forma reali.ucrū est qđ dicit.Si vo intelligat hi⁹

dictū q̄ in talib⁹ absolute loquēdo tota rō facti sit po
tētia agentis. ut in arguēdo tangebat: ita q̄ in talib⁹
nō dicat agēs agē aliquo supposito. Patet ex qōne p̄
cedēti ubi querebat utrū forme intētionales educan
tur de potētia mäe. falsum eē. Nā declarabat ibidē
intētionales formas aliquo mō eē eductas de potētia
mäe. ut nō tota rō facti sit in potētia agētis. forma āt
arguēdi nō cōcludit. Nā si forma realis pōt educi de
aliquo reali: poterit ⁊ forma intentionalis que est qd
defectiuū respectu illius forme. accipiēdo ḡ educi de
potētia mäe, put pōt cōpetere intētionalibus formis
poterunt tales forme educi de aliquo reali subiecto.
¶ Qō aūt arguebat ulteri⁹ q̄ sensus nō pōt imuta-
re fantasiā: q̄re agens debet eē p̄stanti⁹ patiēte. ut pa
tuit in ḡnali solutione: sensus exterior: ut imutat sen-
sum interiorē: est p̄stantior ipso. q̄ est talis in actu qua
lis est ille in potētia: ideo hic est aptus natus agere il
le pati. ¶ Qō vō ulterius arguebat q̄ fātasia nō p̄t
agere in intellectū possibilē q̄ nō pōt educere speciē
de potētia ei⁹ accipiēdo educi de potētia large: sic oē
agēs qō de necessitate p̄supponit potētiā passiuā: que
nō est effectus ei⁹ dī educē suū effectū de potētia pas
siui. dicem⁹ q̄ fantasia nō in virtute p̄a: sed in vtute lu
minis intellect⁹ agētis. nō imittit spēm itelligibilez ab
extra. Sed facit itellectū possibilē potētia informa-
tum specie actu informatū. Aliquo ḡ mō erat hi⁹ spēs
in potētia passiui: ⁊ eo mō quo erat in potētia passiui
dī de potētia passiui educi. nō q̄ aliqd de illa spe eēt
in itellectu possibili ante hi⁹ eductionez: sic nec aliqd
de forma est in mā ante inductionē ei⁹. Si aūt aliqs
inueniat q̄ tales spēs sunt ab extra: itelligēdū est hi⁹
dictū cōparatiue: q̄ forme itētionales nō sūt sic in po
tentia passiui: ut reales rōne cuius aliqs dicuntur nō
educi de potētia passiui. ⁊ pp hanc cām q̄ hi⁹ intētio
nales forme: nō sunt sic in potētia passiui ut reales. iō
nō incōgrue dicūtur eē ab extra. uel nō dicuntur per
se generari ut in qōne illa superius de hoc quesita dif
fusius dicebatur. Questio. XXII.

Scūdo querebat de potētijs appetitiuis fm se. ⁊ erat qō de uo-
luntate. Utrū possit sil'in pl'a ferri. Et argue-
bat q̄ sic. Nam ut dicebat sil'in patria erit aureola ⁊
gaudiū de bono increato ⁊ aureola. i. gaudiū de aliq̄
bono creato arduo ⁊ p̄uilegiato. cuiusmodi est subi-
re martyriū: qō ptinet ad irascibilē. uel fuare virgini
tatē qō ptinet ad cōcupiscibilē. uel docē scripturaz sa
crā qō ptinet ad rōnalē: que opa in charitate fcā sunt
ardua: ⁊ p̄uilegiata ⁊ merent aureolā q̄re si simul est
utrūq̄ gaudiū sil' ferī uolūtas in pl'a. ¶ p̄. chīs sum
me fruebat: ⁊ summe patiebat in passione: q̄ erat sil'
viator ⁊ cōprehensor. Sed hoc nō posset eē: nisi po-
tētia appetitiua posset sil'in pl'a ferri. ḡ ⁊c. ¶ p̄. de-
mones aliqō gaudiū hūt. gaudēt enim de possessione
hominū. ut dicit aug⁹ 21° de ci. dei. c. 6°. Sed ipi sunt
in magno cruciatu: ⁊ tñ aliquo mō gaudēt. ḡ uolūtas
eoz sil'in pl'a fertur. ¶ In p̄rū est q̄ fm auicē. in 6°
de nälib⁹. etiā pl'es potētie nō possunt sil'in plura fe
ri. Nā qñ aliqua potētia multū est intēta ad actū suū
alia potētia retrahit a suo actu: ut cū multū intentus
est qs ad videndū aliqō mirabile. ab audiēdo retra-
hit. ut nō pcipiat qd sibi dicat. arguat ḡ sic pl'es potē
tie nō possunt sil'in plura ferri. ḡ multo magis nec uo
lūtas que est vna: ⁊ eadem q̄ potentia. ¶ p̄° dām q̄
cū querit utrū uoluntas possit in plura ferri sil' opus
est uti triplici distinctione. nā plura uel sic se habēt q̄
vnū est alteri⁹ ipeditiuū: uel vnū nō est ipeditiuū alte
rius: sed est rō ⁊ inductiuū ei⁹. ut q̄ lux est rō: q̄re vi-
deat color: sil' ferī oculus in lucē ⁊ colorē. ⁊ q̄ p̄nci-
pia sunt rō cognoscendi cōclusiones: sil' pōt ferri itel
lect⁹ in cōclusiones ⁊ in p̄ncipia ut sūt rō cognoscēdi
cōclusiones. vñ ⁊ phs circa p̄n^m p̄mi posterioz: lo-
quens de cognitione minoris p̄positionis respectu
cōclusionis ait. q̄ sil' inducēs cognouit: sil' eniz iducīē
minoz p̄positio in maiorē ⁊ elicīē p̄clusio ex utrisq̄.
ut si scio oēm mulā eē sterilē: sil' induco hoc pticulare
aial est mula. ⁊ elicio cōclusionē q̄ sit sterilis. minoz ḡ
p̄positio. q̄ est rō cognoscēdi p̄clusionē ut inducīt in
maiorē sil' fit iductio minoris: ⁊ cognitio p̄clusionis.
nō eni negam⁹ q̄ p̄ncipia ut sunt quoddā obm intelli
gibile: p̄t itelligi ab itellectu absq̄ cognitione p̄clu-
sionū. tñ coginur p̄cedē q̄ ut sunt rō cognoscēdi cō-
clusiones: sil' possunt cognosci p̄ncipia ⁊ cōclusiones.
sic ēt sil' ferī uolūtas in finē: ⁊ in id q̄ est ad finē. put fi
nis est rō uolēdi qō est ad finē. ¶ Scōa distictio est
q̄ dato q̄ illa pl'a sic se habeāt q̄ vnū nō sit rō alteri⁹
nec iductinū ei⁹: sed magis sit ipeditiuū ipsius. distin-
guēdū est de mō fiēdi. Quia uel hoc fit fm nāe cur-
sum: uel fm spālē dei dispēsationē. Si eni fiat fm spe-
cialē dei dispēsationē nō est icōueniēs idē in aliq̄ mō
in plura ferri: q̄ per dei potentiā fieri pōt q̄ illud qō
fm nāe cursum est alteri⁹ ipeditiuū: fm spālez dei dis
pensationē fiat alteri⁹ nō impeditiuū. ¶ Tertia di-
stinctio est q̄ dato q̄ illa plura sic se habeāt q̄ vnum
sit alteri⁹ ipeditiuū: ⁊ q̄ modus sciēdi sit fm nāe cur
sum. adhuc est 3° distinguendū. Quia uel illa pl'a: seu
aliqō illoz hēt eē pfectū ⁊ integrū: uel nullū illoruz
est tale. Sz quodlibet est aliq̄ mō impfectū. Sic eni
videm⁹ in reb⁹ nälib⁹ q̄ illud est albi⁹: qō est nigri⁹ im
pmixtius. Illud ḡ est albissimū qō nulla hēt pmixtio
nē nigri. illō nigerrimū qō nulla hēt pmixtionē albi-
illō āt medio mō qō ptīcipat de utroq̄. ¶ Si ḡ que
ret. utrū aliqd possit sil' eē albū ⁊ nigrū. dicet q̄ pfe
cte nō. q̄ pfecte albū nō cōpatit secuz de pmixtione
nigri: nec ecōuerso. impfecte aūt pōt. q̄ iperfecte al-
bum secū cōpatit aliq̄ pmixtionē nigri ⁊ econuerso.
Sic ⁊ potētia q̄tūcūq̄ aliq̄ plura se inuicē ipediant
pōt in illa ferri impfecte. Sic aliqs pt iperfecte gau-
dere de vno ⁊ impfecte tristari de alio. Iz eni gaudiū
de se sit aptū natū amouere tristitiā: nō tñ opz q̄ im-
pfectū gaudiū amoueat oēm tristitiā. Prima ḡ distri-
ctio initit diuersitati oborū. prout obiecta diuersita-
tē int se possunt hīe. ut prout vnū aliud ipedit: uel nō
ipedit. Scōa initit diuersitati modi agēdi. put fit ali-
ud fm nāe cursum: uel fm dei spālē dispensationem.
Tertia aūt initit diuersitati actuum p̄ut act⁹ est pfe-
ctus nō habēs amixtionē ōrū: uel iperfectus habens
aliq̄ admixtionē eius. ¶ Scōm has aūt tres distin
ctiones possunt solui tria pfata argumēta. Est eni ue
ritas qōnis q̄ in plura se ipediētia fm nāe cursum ⁊
pfecte. nō sil' uoluntas ferri pōt. Sed in plura se non
ipediētia: uel nō fm nāe cursuz: uel non pfecte pōt sil'
uoluntas ferri. ¶ Qō ḡ arguit p° de aurea ⁊ de au-
reola soluit per distinctionē p̄mā. nā gaudium de bo
no increato erat rō q̄ beati gaudent de bono aliquo
creato. nā sicut beati alia diligent pp deū. sic gaudiuz
qō habebūt de bonis creatis erit ordinatū ad gaudiū
qō habebūt de deo. vnū ḡ nō ipediet aliud: sed ord i
nabit ad aliud. illa ḡ duo gaudia se nō ipedient: quia
vnū erit rō q̄ fiat aliud: uel saltē vnū ordinabitur ad
aliud. ⁊ hoc sufficiet ut se inuicē nō ipediant. ¶ Qō
aūt arguebat 2° de chīo soluit per distictionē secūdā
q̄ hoc nō fiebat fm nāe cursum. sed fm dei dispēsa-

tionē.nā ex dispensatione dei fiebat q̄ quelibet nā in chr̄o sua p̄a ageret.vñ dama.li° 3°.c.19° dicit q̄ natu rales nr̄e aie passiones fm nām ꝛ supra nām fuerunt in chr̄o.fm eni nām mouebant apud ip̄m qñ permit tebat ꝛ cōcedebat carnē pati:que p̄a erant.patiebat ꝑ caro que p̄a erāt.ut gaudiū fruitionis ex dei dispē satione:dolorē illum minime impediret.uolūtas ꝑ que fruebat deo acceptabat dolorē illum p̄opter deum. fm eni nāe cursum tātus dolor nō stetisset cuꝫ tanto gaudio. ¶ Q3 v° arguebat:ꝛ 3° de demonib⁹ solui tur per tertiā distinctionē.q̄ si hñt aliq̄ gaudiū:hoc est q̄ nō est oīno cōsumata eor̄ pena.ita ut ipsi dice rēt chr̄o matthei 8°.veniſti ante tp̄m tor̄quere nos.fo te eni post diē iudiciū sic erit consumata eor̄ pena q̄ nō cōpatiēt secū aliquod gaudiū. Sed que sit vitas hui⁹.utrū nūc possint demones de aliq̄ gaudē.ꝛ utrū demonib⁹ post diē iudiciū tollat ab eis omne gaudiū. nō est p̄ntis speculationis.sufficiat aūt ad p̄ns scire q̄ fm nāe cursum.ex iperfectione rei est q̄ cōpatiat se cū aliq̄d de oppositō.ut ex iperfectione albi est q̄ cō patit secū aliq̄d de permixtione nigri. P̄opter q̄ō si aliq̄ creatura rōnalis sil'tristat ꝛ gaudet.ul' hoc est ex spāli dei dispensatione q̄ ista se nō impediāt uel ex imp fectione virtutū.ut q̄ nō pfecte participat hoc uel il lud. ¶ Argumētū ēt in ꝯriū eadē via,pcedebat. Nā q̄ plures potētie sunt radicate in eadē eēntia anime ideo se inuicē impediunt:sic̄ si due rote essent fixe in ali quo stipite si vna moueret ad ptez vnā nō posset alia moueri ad ptē aliā. Sic cū aliqua potētia fortiter fer tur in aliq̄ obm retrahit potētia alia ne forte ferat in aliq̄ obiectū aliud.vñ ꝛ puerbialiter dicit.pluri bus itētus minor est ad singula sensus.lz aūt nō sit oi no sil'e de duab⁹ rotis fixis in eodē stipite ꝛ de duab⁹ potentijs radicatis in essentia aie.quia ēt si debiliter moueret rota aliq̄ ad partē vnā nō posset moueri ro ta alia ad ptē aliā q̄ō nō cōtingit in potētijs aie.tamē ꝓtuz ad motū forte est aliq̄ mō sil'e hic ꝛ ibi:q̄ si po tentia aliq̄ moueret fortiter in obm aliq̄d.impedit po tentia alia ne ferat fortiter in obm aliud ꝛ maxie cuꝫ obiecta sunt diuersa nō adinuicem ordinata.

Questio.XXIII.

Tertio querebat de potentijs appetiti uis in cōparatione ad cognitiuas. Utrū uolūtas p̄us fluat ab essentia aie: q̄ intellectus ul' ecōuerso. Et arguebat q̄ intellectus p̄ius fluat. Nā si actus p̄cedit actū ꝛ potentia potentia.cū ꝑ actus itellect⁹ p̄cedat actū uolūtatis.oportet q̄ ꝛ ipsa potētia intellectiua p̄cedat potentiā appeti tiuā siue uoluntatē:ꝛ per p̄ns opꝫ q̄ intellectus p̄us fluat ab essentia aie q̄ uoluntas. ¶ In ꝯriū est q̄ uo lūtas est pfectior q̄ intellectus:ꝛ per p̄ns cū sit perfe ctior videt p̄ius fluere ab essentia aie q̄ intellectus. ¶ 2° dōꝫ q̄ nā est determinata ad aliq̄d vnū.que ꝑ nāliter fluunt ab aliq̄ vno opꝫ q̄ fluant fm quendam ordinē:ut q̄ vnuz fluat mediante alio. Credidit eni auē.in meta^ca sua tātā eē ueritatē huius dicti.ut ēt ab ipo deo nullo mō plura imediate,producerent. Sed in qōnib⁹ nr̄is de p° pn° ꝛ 2° sentētiarū hanc opinionez diffusius improbauimus. ¶ Ad p̄ns aūt scire sufficiat q̄ in hijs que fluūt nāliter ab aliq̄.eo q̄ nā sit determi nata ad vnū vitatē hēat qō dr̄.q̄ vnū fluat mediante alio:ꝛ q̄ potentie aie ꝛ maxime potētie nō organice nāliter ab ipsa eēntia aie fluunt:ꝛ in hr̄ eēntia radicā tur.opꝫ q̄ hoc sit fz quēdā ordinē:ꝛ q̄ vna fluat me diāte alia. ¶ Uisō quō opꝫ dare aliquē ordinē in flu xu ꝛ origine taliū potētiarū.ut q̄ non eque imediate ab eēntia aie fluant:opꝫ videre que illarū fluāt p̄us ꝛ que posteri⁹. Inuestigabimus eni triplici via q̄ intellect⁹ p̄us fluat ab eēntia aie q̄ uolūtas. ¶ P̄ria via sumet ex ipsis potentijs. Scōa ex ipsis actib⁹. Tertia ex ipsis obiectis. ¶ P̄ria sic patet.imaginabimur eni q̄ appetitus ēt aliq̄ mō in ipis reb⁹ nālib⁹ inuenit fm q̄ dicim⁹ grauia appetere eē deor̄sum:ꝛ leuia sur sum.in reb⁹ ꝑ nālibus nihil est aliud appetitus q̄ que dā iclinatio p̄ns formā nālē.est ꝑ in reb⁹ nālib⁹ q̄ p̄us intelligant nālia hr̄e formā:q̄ hr̄e inclinationē sequē tem formā.lz eni ista se nō p̄cedāt tpe.q̄ si tpe aliq̄d cōsequit formā ꝛ inclinationē fm illā formā. p̄cedūt se tn̄ nā ꝛ origine:q̄ nā ꝛ origine p̄us intelligitur hr̄e vnū q̄ aliud.q̄ si uolum⁹ iuxta formā ꝛ inclinationez sequentē formā accipe in aia intellectū ꝛ uolūtatem. Dicim⁹ in aia eē duas potētias.vnā per quā pōt recipere spēm ꝛ formā:ꝛ hec potētia est intellectus. per aliā per quā p̄t inclinare ꝛ ferri fm spēm receptā:siue fm formā. Quare sic̄ p̄us est recipe formā q̄ inclina ri fm formā. Sic̄ p̄us est potētia intellectiua per quā pōt aia recipe spēs ꝛ formas q̄ sit potentia uolitiua per quā p̄t aia inclinari ꝛ ferri fm spēs receptas:siue fm formas ꝛ originē ꝛ nā:lz nō tpe ex pte ipsarū po tētiarū intellectus est p̄or uoluntate ꝛ p̄ius fluit ab eēntia aie q̄ uolūtas. ¶ Scōa via ad hoc idē sumit ex pte actuū:q̄ ut in arguendo tāgebat act⁹ itellect⁹ nāliter p̄cedit actū uolūtatis.nā bonū q̄ō est obiectū uoluntatis est bonū apprehensuz ut declari hēt in 3° de aia.ꝛ fm aug^m in 9° de trini.inuisa diligere possu mus icognita nequaq̄. Possum⁹ eniz diligē ꝛ uelle: que nō vidim⁹. Sed nō possum⁹ diligere ꝛ uelle que nullo mō cognouim⁹.nō ꝑ pōt esse aliq̄d uolitū:nisi sit aliq̄ mō cognitū:ꝛ aliquo mō apphensum.origine itaq̄ ꝛ nā ꝛ siue duratione ꝛ tpe actus itelligēdi p̄ce dit actū uolēdi:q̄re si suo mō est ppoꝛtio potentie ad potentiā:sic̄ actus ad actū.ex quo actus itelligēdi p̄ cedit actū uolēdi saltē ꝛ nā p̄ius intelliget fluere itel lect⁹ ab eēntia aie:q̄ uolūtas. ¶ Tertia via ad hoc idē sumit ex pte obiecti. Nā obm uolūtatis est aliq̄d sub rōne bom.ꝛ finis ꝛ bonū idē ut dicit cōmentator sup 11° meta^ce.ꝛ in 2° phicoꝛ.deridet ille poeta di cens mortē eē finē oīuz.q̄ ut ibi dr̄ finis nō solum est quid ultimū:sed est ēt q̄d optimū.finis itaq̄ est q̄d ul timū:ꝛ q̄d pfectissimū.q̄tū eni ad eē finis est q̄d ulti mū:lz q̄tū ad itētionē sit q̄d p^m.quare si in ordine po tentiarū nō solū attēdendū est ordo nāe ipsarū ut ar guebat rō p^a.ꝛ ordo actuuz ut arguebat rō 2^a.Sz ēt ordo obor̄:cui initit hec rō 3^a q̄tū ad esse ꝛ gñatio nē:ꝛ si nō q̄tū ad pfectionē ꝛ cōplemētū itellect⁹ p̄ cedit uolūtatez sic̄ ꝛ res ut est obm intellect⁹.ꝛ ut est apphensa sub rōne ueri p̄cedit seipaz.ut est obm uo luntatis.ꝛ ut est uolita sub rōne boni. Immo q̄ p̄ius sunt res apphense:ꝛ ut sunt in aia:ꝛ ut sunt uere:ꝛ ut sunt obm intellect⁹:q̄ ut sunt uolite.ꝛ ut sunt obz uo luntatis. Ex pte ꝑ ipsor̄ obor̄ arguere possumus:q̄ origine ꝛ nā p̄us fluit ab eēntia aie itellect⁹:q̄ uolun tas. ¶ Ad argumētū aūt in ꝯriū dōm.q̄ non arguit ppositū.sed oppositū. Naz si uolūtas est p̄or q̄ itel lectus dignitate ꝛ pfectione:nō ex hoc sequitur q̄ sit p° gñatione ꝛ origine.ut q̄ p̄us originet ab essentia aie q̄ itellect⁹. Immo magis cōsequit ecōuerso.quia que sunt p̄ora pfectione ꝛ dignitate: sunt posteriora gñatiōe ꝛ origine ut patet p aug^m in li° p̄fes.sup gen. ad lr̄am in plurib⁹ locis. Ubi vult q̄ gñatione ꝛ origine p̄us est aliq̄d informe:q̄ formatū.cū tn̄ nulli dubiū sit q̄ pfectiōe ꝛ cōpleméto for̄matū ē p̄us q̄ informe.

p Ostea querebat de rōnali creatura fm statū pītis vite q̄tuz ad totū cōiūctū. Circa qō querebant tria fm q rōnalis creatura hoc mō q̄tū ad p̄sens spectat tripliciter pōt cōsiderari. Primo quidē q̄tū ad ipos reddit': z ipsa necessaria per que pōt se in vita ꝓtinuare: z circa hoc erat qō. Utrū eēt licituz emere redditus ad vitā. Scōo pōt cōsiderari q̄tum ad violētiā per quā pōt vitaz ꝑdere. z circa hoc erat qō. Utrū iterfect' ab alio per violentiā per supueniē tē occisorē plage iterfecti emanarent sanguine. Tertio cōsiderari pōt rōnalis creatura ꝑ put per diuinam potentiā eā resuscitantē pōt hanc vitā recuperare. z circa hoc erat qō. Utrū religiosus resuscitat' ad hāc vitam mortalē teneat religionē ingredi uel possit cū salute manere in seculo. Questio.XXIIII.

a Primū sic ꝓcedebat. ostendeba tur eni q nō liceat emere reddit' ad vitaz eo q sit ibi quedam spēs usure. Nā ut dicebat nō refert si de duodecim libris quolibet anno accipiē solidus: uel si in duodeciz ānis accipiunē. 12. solidi. accipe ḡ ultra sortez ut separare accipe ultra sortē siue in modico tpe: siue in multo ad usurā ptinē videt: z q emēs hi' redditus: saltē in multo tpe accipit ultra sortē: uel nullo mō emeret si non speraret se accipe ultra sortē. cū sola spes faciat usurarīū iuxta illud: mutuū dantes nihil ide speranteſ. erit ibi ꝯct' usurarius. C In ꝯriū est ut dicebat q multe bigine emunt hi' redditus: z dicūt se hoc facē de cōsilio religiosarū ꝑsonarū. C Ro° dōz q hoc ordine ꝓcedemus in hac qōne. Quia p° dicemus q̄d est usura: z quō in aliq̄bus repit ratio usure. Scōo declarabim' quō in tali emptiōe hēt eē quedā species usure. Tertio oñdem' quō talis emptio posset bñ fieri. C Propter p^m sciendū q usura ꝑz vnū modū ethimologiçā dī dz q̄si usus eris. nā de usu eris siue de usu pecunie nō pōt accipi pēsio. z si accipiat uocat usura. ḡ ab usu eris dicta est usura. Alio mō pōt exponi hoc uocabulum usura ut dicat usura: q̄si rapina usus. utrūq; autē eoz uerū est: z vnū cōmitat aliud. q si de usu eris accipiat pensio erit ibi rapina usus. Nā nō pōt accipi pensio de usu eris nisi accipiat pēsio de eo qō non est suū. hīe aūt pēsionē de eo qō nō est suū: est illud rapere uel est habere illud per modū rapine. Raimūdus aūt in 2ª pte sue sūme in. c. 7° de usuris describit usuram eē usum eris. nō tū ut dixim⁹ icōueniēter dz rapina usus. qō sic declarat. nā in aliq̄bus reb' pōt ꝓcedi usus rei absq; eo q cōcedebat sba. z q quādiu hēt aliqs dñiū substantie ad ipz ptinet usus ei' cū cuilibet liceat uendere qō suū est. retinēdo sibi dñiū substātie. potest usum ei' uendē: z de hoc accipe pensionē. ut patet in locatione dom': uel alicui' alteri' rei. ubi ꝓcessio usus pōt separi ab alienatione substātie. Nā usus dom' est habitare domū: z usus eq est eqtare equū. potest eni ds ꝓcedē usum dom' ut q inhabitaret domū absq; eo q possit alienare domū. z usuz eq q eqtet equum absq; eo q possit alienare equū. retinēdo ḡ sibi possessionē dom' uel eq pōt uendē usuz utriusq; z accipere inde pēsionē. Sed non est sic in usu eris z in usu pecunie. Nā usus pecunie est alienare pecuniā. non ḡ poterit cōcedi usus pecunie nisi cōcedat sba. nā posse alienare rē hoc est hīe posse in ipsaz sbaz rei. Sed cui' est sba ei' est usus: q̄re si nō pōt ꝓcedi usus nisi cōcedat sba siqs uellet de tali usu accipe pensionē uellet hīe emolumētū de eo qō nō eēt suū. nā nō pōt ds ꝓcedē rei sbam nisi cōcedat z usum. cōcessa enim rei sba iam usus substātie nō ulterius ptinet ad ipz. qua re sine rapina z sine usurpatione ei' qō nō est suuz nō poterit ex hoc accipere pensionez. in usura ḡ uere adimplet illud qō ꝑuerbialiter dz. q aliqui uolūt uēdere oztū z comedē inde caules. Quia ḡ uēdidisti oztū z oztus nō ulterius ptinet ad te. non pertinebit ad te usus ozti. ut q possis inde habere caules uel aliquod aliud emolumētū. Sic z in ꝓposito ex quo ipam substantiā pecunie das nō ulterius ptinebit ad te usus pecunie ut possis inde aliud recipe. Quare usura q̄daz modus rapine est quia est usurpare qō nō est suū: uel est accipere emolumētū de eo qō non spectat ad ipz. Sic est ḡ dōm de ꝓprio usu pecunie. q nō potest concedi talis usus nisi concedatur substantia. Sed non est inconueniens rem habere diuersos usus. Ut usus subtellaris est calciatio. Posset tamē quis uti subtellari ad hauriendū aquā. Sic ꝓprius usus pecunie est alienare z expendē pecuniā: posset tamē quis uti pecunia non ad expendendū: sed ad apparenduz. In ꝓmo autē usu non pōt concedi usus ubi concedatur substātia, ꝓpter qō de tali usu non poterit accipi pensio. Sed secūdus usus potest cōcedi absq; substātia. ꝓpter qō si inde accipiatur pensio nō erit ibi usura. Siquis eni concedēs alī pecuniaz non ut expendat eam: sed ut appareat diues. nō cōcedit substantiā pecunie. z q2 ad eum ptinet substantia pertinebit ad euz usus: z si de hoc accipit emolumentū nō est ibi rapina nec usura: uendit enim qō suū est. z sic ex ꝓprio usu eris nō pōt accipi pensio. sed ex usu non ꝓprio sic ecōuerso in rebus alīs ex ꝓprio usu poterit accipi pensio. poterit tamē esse aliq̄s usus nō ꝓprius de quo si emolumentū acciperet cōmitteretur usura: ut ꝓprius usus domus est inhabitare domū. z quia potest concedi inhabitatio domus absq; eo q concedat substantia poterit de habitatione domus per aliquod tēpus accipi pensio. quia ex quo nō cōcessisti substantiā domus substātia domus est tua: z per cōsequēs usus eius. Quare si uēdis usuz nulli iniuriaris: sed uendis qō tuuz est. sed siquis uteret domo nō ad habitandū sed ad alienandū. z de alienata domo uellet hīe emolumentū consequēs esset q uellet hīe emolumentuz de eo qō nō eēt suū: ideo siquis uenderet domuz ꝓcerto ꝓcio per aliqō spatiū tpis: uellet hīe aliquid ultra sortē usurā cōmitteret. igit dupliciter q̄si rō tacta est q̄re de usu pecunie ꝓ nō pt accipi pēsio. Una rō est q2 ꝓprius usus pecunie non pōt ꝓcedi nisi cōcedatur sba. z q2 si sba nō est tua. nō est tuus usus de usu emolumētū accipe rapinā cōmittis. Alia q̄dē rō tacta est. q2 de re alienata nullo mō possum' iuste accipe pēsionē: ut si uēdat tibi domus. iā est dom' alienata z iā est fcā aliena. nullo ḡ mō licet de ea extūc emolumentū accipere. Sic cū ꝓprius usus pecunie sit eā expēdē z alienare. nullus pōt alī pecuniā tradē ad expēdēduz nisi eā a se alienet. uelle ḡ de pecunia iaz alī tradita z fcā aliena emolumētū accipe: est uelle de re iā fcā aliena pēsionē sumē: qō sine rapina eē nō pōt. C Fuerūt aūt nōnulli uolētes reddere rōnez de usura q sit illicita dicētes. q uēdit ibi tps qō est vnū z idē tpaliū oiuz. z q est q̄d cōe. ut si nūc aliqs tradit decem z usq; ad annū vult hīe duodeciz videt uendere tps vnius anni. Sed hoc ēt mō sine peccato posset uendi tempus in alīs rebus. ut posset quis alicui tradere decē eēs: sub hoc pacto q usq; ad annuz daret sibi duodecim equos illos scilicet decem z duos alios ubi nulla eēt usura. Alī aūt dixerūt usurā eē illicitā: q2 res alie deteriorant iō pōt inde accipi pensio: non aūt ut dicunt

sic deteriorat pecunia. ¶ Sz z hoc nō est bn dictū. nā de ciffo argēteo posset qs accipe pēsionē. dato q in nullo deteriorarē ciffus ille. liber ēt si bn custodit pp legē in eo nō detiorat: z tn posset de eo accipi pēsio: z sub hoc pacto. q si deturbarē uel deteriorarē liber. q accipiēs libz sub pēsione tenerē ad emēdā. ¶ Alij aūt dixerūt usurā eē illicitā: qz nullū est picu lum in usura: sic in alijs mercationib⁹. nā usurari⁹ ita stat ad lucrū q non stat ad damnū. Sz nec hoc suffi cit: qz posset aliqs licite accipe pēsionē de re aliq̄ pēsi ta ēt si caueret per fideiussionē. uel aliq̄ alio mō de pi culo pēstitoris. ¶ Recurrēdū est ꝑ ad rōnes ꝓtactas ubi dicam⁹ usurā eē illicitā ꝓpter assignatas causas. ¶ Uiso quō usura est illicita de leui pōt oñdi quō in emptiōe reddituū ad vitā est quedā spēs usure. ita q si emēs hī⁹ reddit⁹ accipiat ex redditib⁹ ultra id qō dedit quādā spēm usure cōmittit. Dictū est eni q usu ra dī ab usu eris. ita q de usu eris: uel de usu pecunie nō debet emolumētū accipi. Uel usura ut dicebat dicta est a rapina usus. Quia de usu pecūie nō pt accipi pēsio sine rapina. ¶ Cū igit in emēdo reddit⁹ ad vitā sit pecūia ꝓncipiū z finis: qz pecuniā dat z pecuniā recipit: q̄re si de hoc accipiat emolumētum nihil erit aliud q̄ emolumentū accipere de usu pecunie qō sine usura eē nō pōt. pbs tn in ꝓ⁰ politicoz. nō solū usurā quā uocat call⁹os. i. denariozz gñatiuā sz ēt cāpsoriaz z obolostaticā: dīc illicitas eē. pōt aūt uocari obolo stática illa que pecuniā pōderat z denarios maioris pōderis ab alijs separat. videt eni ibi uelle pbs q arz illa ubi elemētū z finis. i. ubi ꝓncipiū z finis ē pecunia q nō est licita. videt eni q ois talis ars itēdat hīe pe cuniā in infinitū cū a pecūia icipiat z in pecuniā termi net z totalr in pecunia ꝓsistat. nunq̄ aūt orgāna sī ap petēda in infinitū. vñ nunq̄ vult sutor hīe infinitaz acus nec faber infinitos martellos denarū: itaq; qui sī orga na ad vitā nr̄az sustētādā nō sī appetēdi in infinitū. pp qō pbs ibi artē infinitatē cupiditatis pecunie ꝓtēdētē vsq̄pēdit z vitupat. Sz nō est sīle de cāpsoria z obo lostatica respectu usure. nā in cāpsoria nō accipit pen sio de usu pecunie. sz pecunia in pecuniā trāsmutat. z in obolostatica nō accipit pēsio de usu pecunie: sed pe cunia maioris pōderis a pecunia alia sbtrahit. Sz in emēdo reddit⁹ ad vitā. Sz pp tps plus accipit de pe cūia: quā dedit ex usu pecūie accipiet emolumētū qō sine spe usure eē nō pt. ¶ His itaq; plibatis uolum⁹ declare q tertio dicebat declandū. videlicet quō em ptio redditūū ad vitā posset bn fieri. nā raimūdus in scda pte sūme in. c. de usuris. mouens qōnē de fructu molari uel alicui⁹ castri. Utrū posset hoc licite fieri. dīc q pōt nisi fiat talis uēditio in fraudē usurarū. ubi glosator in apparatu hāc qōnē diligēti⁹ inuestigat uo lens q pñt emi tales reddit⁹ ad vitā uēditoris nō vi tā emptoris. cui⁹ rōnē assignat qz si emant ad vitā em ptoris. tūc uēditor desiderabit mortē ei⁹ uł machina bit ad mortē ei⁹ ut nō diu gaudeat de talib⁹ redditib⁹ Sz si emant ad vitā uēditoris hoc ut ait est licitū: qz nullus ex hoc desiderabit mortē alteri⁹. ¶ Sz si hī⁹ rō bona eēt nunq̄ papa daret pmā pbendā uacātē: si ue scdam ne sic pbēdat⁹ desideraret mortē alicui⁹ ca nonici: ut posset fructū pbēde recipe. que enim per se sunt: sī in reb⁹ ꝓsiderāda. nō aūt que sī per accns. si ꝑ licet emē reddit⁹ ad vitā uēditoris. nō erit p se ꝺct⁹ il licit⁹ si emat ad vitā emptoris: licet ex tali ꝺctu pos set per accns aliqō malū ꝓtingē. imo q̄si in oib⁹ bonis possum⁹ male uti. pp qō in ꝓ⁰ rhetoricoz dī q nō est mala rhetorica licet rhetor sciat puertē iudicez. z ex hoc possit mlta mala facē: nec est malū hīe igeniū nā le: lz igenios z astuti. z si mali sint plā mala faciunt q̄ rudes z grossi. exceptis eni virtutib⁹ qbus fm aug. sniam nō ꝓuenit formalr male uti. ꝓtingit alijs bonis creatis. ꝓuenit male uti. ex ipso ꝑ bono ꝺctu ex cupidi tate eni z malitia pt aliqs sumē malitiā male cupiēdi uel erit male machinādi. sz hoc est p accns. per se ꝑ lo quēdo nō videm⁹ cāz: q̄n hoc mō possint emi reddit⁹ ad vitā: ut q emant fruct⁹ alicui⁹ molarij: uel castri: uł terre: uel alicui⁹ alteri⁹ rei. z postea ille fruct⁹ sic emp t⁹ dcē ad sūmā ꝑ certo denariozz nūo annuatim. ita q talis emptio nō sit solū in denarijs. ita q denari⁹ sit ibi finis z pn̄m z ēt mediū: sz ēt sit in ipis reb⁹: ut q ex denarijs emat res aliq̄ uel fruct⁹ rei ad vitā z ex hoc reddit⁹ hēant. ¶ Utrū q; ꝑ argm̄ soluī pt. nā cū dī q nō licet ꝑ. 10. hīe. 12. i q̄tocūq; spatio tpis. patet q ex pēsiōe denariozz: siue ex solo usu pecunie. nō licet ex 10. hīe. 12. i q̄tocunq; spatio tpis. Sz ꝑ pecunia emē do res uel fruct⁹ rerū in magno spatio tpis nō soluz ex. 10. posset licite hīe duodecim sz ēt cētum z plus. ¶ Qō vo obiciebat in ptē aliaz q bigine hoc faciūt de ꝓsilio religiosarū psonarū. dici debet q si solū ꝑ pe cunia accipiat pecunia nō pt licite fieri. nec religiose psone darēt tale ꝓsiliū: z si darēt nō bn̄facerēt. alio tn mō hoc fieri pōt ut est per hita māifestū. Qō. XXV.

Secundo Querebat de occiso pvio lentiā. Utrū ad pn̄tia occi dētis plage emanēt sanguine. Et arguebat q nō: qz ut dicebat cū ille sit mortu⁹ nō est ibi aia. pp qō nō videt q sit dare cāz q̄re fiat talis effluxus sanguis. ¶ In ꝺriū est ut dicebat. qz exptū est sic eē allegabat ēt publicā famā. qz hoc famosum est q sic fiat. ¶ R⁰ dōm q hoc mō ꝓcedem⁹ in hac qōne. qz ꝓ⁰ distingue m⁹ de mortuo. Scōo assignabim⁹ dicta z rōnes alio rū: q̄re possit hoc cōtingē z ipz obam⁹ ea. Tertio assi gnabimus rōnes nr̄as. quare pōt aliqñ ꝓtingē q hoc fiat. ¶ Propter pmū sciēdū q distinguendus est de mortuo. Nā aliqn aliquis est mortuus fm apparenti am: ut qz nō sentitur in eo pulsus. uel motus pp nimiā debilitatē: uel pp aliquā aliaz cām. aliqñ vo aliqs est mortuus fm rei vitatē. ut qz aia est a corpore separa ta z nō est ulterius eius forma. Si aūt sit ꝓmo mō ali qs mortu⁹ de leui pōt patē cā q̄re plage fluāt ad pn̄tia occisoris. Pōt eni ꝓtingē q pp vulnera z pp nimium effluxū sanguinis aliqs sit ita debilitatus z irrigidat⁹ ut nō appareat in eo eē sensus aliqs: neqz mot⁹. nō tn pp hoc est adhuc mortu⁹. vñ pōt ꝓtingē q sic se hns aliquā turbulentā notitiā hēat de aduenientib⁹ ad ipz lz nō possit uocē emittē uel ēt se mouē quare si vulne rato se hñte in tali statu ꝓtingat vulnerātez uenire ad ipm poterit habere vulneratus aliquā turbulentā co gnitionem de ipso: ex qua cognitiōe rōne timoris po terit aliqs timor fieri mēbris. vñ excitari poterit flu xus sanguinis. z qz in talib⁹ ex aliqb⁹ raro factis rōne admiratiōis pōt publica fama ꝓsurgē. iō ex hoc hoie nō penit⁹ mortuo potuit hoc eē famosuz. ¶ Postq̄ distinxim⁹ de mortuo uolum⁹ assignare cās z rōnes aliquoz. quō in hoie penit⁹ mortuo ex aduētu occidē tis pñt plage sanguine fundē. Dicūt eni aliq̄ q ex sanguine remanēte in cultello uel in uestib⁹ occidētis: qz a sīli fit attractio. iō nō pt ꝓtigē q aduenīēte occisore fiat attractio sāguis exñtis i corpe occisi. Sz hoc sta re nō pōt. qz si fit attractio a sīli hoc est qz iperfectuz trahit ad pfectū. ut si a magnete trahit ferrū: hoc est qz aliq̄ vtus est cōplete in magnete z incōplete in fer ro: vñ fit talis attractio. vñ z qdā talē tractum a tota

ſpe uocat ſm q̄ diſtinguit aut̄. triplicē tractū videlz. a calido q̄ fit a nā elemētari. a uacuo q̄ videt fieri a celesti nā. Et a tota ſpe que videt reduci ad nāz mixti. formal̄r eni calida ſi ſolū elemta ⁊ elemētata: ut ptici pāt nām elemētoꝝ. ⁊ qz mixta pñt aliq̄ vtutē hīe ultra q̄litates q̄s videm⁹ in elemētis. q̄ illā vtutē noia re neſcim⁹. dicim⁹ hoc eē a tota ſpe. Utruz aūt ſemp attractio a calido fit p nām elemētarem: ⁊ a uacuo p nām celestē. ⁊ a tota ſpe p vtutē aliq̄ ſequētē formaz mixti. ut pp aliq̄ excellētiā quā hēt ſupza nām elemē toꝝ nō eſt pñtis ſpeculatioīs. ſufficiat aūt ad pñs ſcire q̄ nunq̄ agēs ⁊ patiēs ſē oīno ſilia. nā q̄n ſī oīno ſi milia tūc ceſſat mot⁹. vñ ſcribit in p⁹ de gñatiōe q̄ hi tib⁹ pñtib⁹ in mā ceſſat mot⁹. ⁊ in eodē li⁹ in. c. de actiuis ⁊ paſſiuis. oī q̄ agēs ⁊ patiēs in p̄n⁹ ſt diſſilia: ⁊ in fine ſilia. Jn fine g̃ actioīs ⁊ paſſioīs. q̄n nō ulteri⁹ eſt actio ⁊ paſſio. pōt eē patiēs oīno ſil̄e agēti. quare ſi ſi mile ⁊ ſi attrahat ſil̄e nō erit oīno ſil̄e: cū vnū ſe hēbit ut act⁹: aliud ut potētia. vnū ꝓz q̄ hi⁹ ut iperfectū. alius ut pfectū. ⁊ qz pfecta rō ſanguinis magis refuabit in eo qō eſt in cozpe: q̄ in illo q̄ eſt in cultello: ul̄ in uestib⁹. p talē attractionē ſanguinis q̄ eſt in cozpe nō pcedit ad exteriora ſz magis ſanguinis q̄ eſt in cultello uel in uestib⁹ redibit ad cozp⁹. quāuis totū hoc dictū ſit fantaſticū ⁊ ſit ſtolidi⁹ q̄ ex hoc ipoſſibilia ꝓſidera re. nā hoc mō niſi aliō ſit in cā: nec ſāguis q̄ ē in cozpe ībit ad ſanguinē q̄ eſt in cultello: nec ecōuerſo. Si eni abſcidat⁹ ps carnis a carne pp pñtiā carnis abſciſſe nl̄ la imutatio fit in cozpe vñ ē abſciſſa. nec ēt ipa ps abſciſſa mouebit ad locū vñ ē abſciſſa. Sic̄ ſi ex arbore icidant rami ⁊ depoztent ad longiquū locū: ſi poſtea repoztent ad arborē. nulla fit nālit ex hoc imutatio i ramis uel in arbore. talē g̃ actionē ⁊ paſſionem nō ex p̄mit p ſenſū. ⁊ in reb⁹ nālib⁹ deſpicē ſenſū: eſt maxie demētie. ¶ Dixerūt aūt alij q̄ hoc fit ex ſpiritib⁹ exñtib⁹ uel remanētib⁹ in cozpe occiſoris. nā cū aliqs occidit ab aliq̄ cū q̄dā rācore ⁊ tozuis oculis occiſus reſpicit occidentē: ⁊ ecōuerſo. Propt̄ qō aliq̄ uapores uel aliq̄ ſpūs exeūt ab occiſo in occiſorē ⁊ ecōuerſo. Dicūt iſti q̄ q̄n ſupuenit occiſoz. qz nāle ē q̄ ps redeat ad ſuū totū: aliq̄ uapores ⁊ ſpūs ex cozpe occiſi ad occiſorē redeūt cui⁹ pus fuerāt ⁊ ecōuerſo. ⁊ qz ex reditu taliū uaporū fit queda cōmotio in cozpe occiſi. ꝓñs eſt q̄ ide emanet ſanguis. ¶ Sz cū iſti itendāt in hoc rōnē reddē nālē: qz nihil tale videm⁹ in nālib⁹ imo magis videm⁹ oppoſitū q̄ ꝓpoſitū cernim⁹ qui dē q̄ ſemp fit aliq̄ reſolo a cozpib⁹ nālibus ⁊ maxie a cozporib⁹ viuētiuz. vñ ⁊ id idigēt viuētia alimento ⁊ reſtauratiōe id tñ qō reſoluit nō redit ad cozp⁹ vñ ē reſolutū. imo aliūde opz ꝓcurare reſtauratiōez. ualet aūt iſtō ꝑ p̄mū dictū. qz ſanguis effuſus non redit ad ſanguinē q̄ eſt in cozpore ſic̄ ps ad totū. ⁊ multo magis ſanguinē q̄ ē in cozpore nālit nō tēdit ad ſanguinē fuſū qz nō eſt de nā toti⁹ q̄ tēdat ubi eſt ſua pars: nec ēt ē de rōne partis q̄ uadat ad totū niſi q̄ten⁹ eēt totum in loco ꝓ⁹ ⁊ pars eſſet ex̄ locū. ¶ His itaq; prelibatis uolum⁹ reddē rōnes ⁊ cās quō hoc poſſit cōtingē. dicem⁹ eni triplici de cā hoc poſſe eē: videlz ex ꝓuidētia dei. ex fallacia demonū. ⁊ ex ꝓtigētia caſuali. Et ꝓuidētia dei ut qz forte in plurib⁹ cozpori b⁹ occiſorum ſic factum eſt q̄ ꝓuida diſpenſatione dei eſt q̄ ex preſentia occiſoris plage emanauerunt ſanguinem. ut crimē non remaneret: ſed puniret occiſoz. ¶ Scō hoc pōt eē fallacia demonū. demones eni ut decipiāt homes. ⁊ ut iducāt eos ad credēdū aliqd falſū: utputa q̄ aie occiſoꝝ tamdiu cuſtodiūt ſua cozpora donec de occiſorib⁹ ſit fcā vidicta ſm q̄ dicā aliq̄rū poetarū vident ſape: iō forte ꝓcurāt ad pñtiā occiſoris aliq̄ monitionē fieri i cozpore vñ cāet emanatio ſanguis ut credat q̄ aia occiſi ibi exñs in malū occiſoris hoc fac̄. ut g̃ demones mō q̄ dictū eſt uel ēt alio decipiāt homes pñt talē emanationē ſanguis, pcurare. ¶ Tertio h⁹ pt ꝓtigē ex ꝓtigētia caſuali. ut ſic̄ te ambulāte coruſcauit. ita q̄ ambulatio tua i nullo fuit cā coruſcatiōis. ita caſual̄r pōt ꝓtigē q̄ pñte occiſore fiat emanatio in cozpe occiſi: q̄uis pñtia hi⁹ emanatiōis illi⁹ nullat⁹ ſit cā. ¶ Arg⁹ aūt utrūq; ſol ui pt. nā cū dī q̄ nō ē ibi aia in cozpore occiſo. dici pt q̄ ⁊ aia pt ibi eē: utputa ſi nō ſit ille hō pēit⁹ mortu⁹. ul̄ pōt al̄r rnderi q̄ pp cās ꝓtractas fiet emanatio ſanguis abſq; pñtia aie. ¶ Ad arg⁹ aūt aliō de famoſa opione vulgi ul̄ de expiētia dici pt q̄ ut i ſoione pnci pali tāgebat pp mirabilitatē hi⁹ negociī ſi ſel̄ hoc cōtingat. tāt⁹ erit rumoz i pplo q̄ ex hoc aggñet vulgaris opio ut credatur ſemper ſic eſſe. Queſtio. XXVI.

Tertio querebat de religioſo reſuſcitato ad hāc moztalē vitā p oiui nā potētiā. Utrū teneat ad religionē redire. Et arguebat q̄ ſic. qz iſte ꝓmiſit viuē ſine ꝓ⁹. Si g̃ rediens ad vitā nō itret religionē viueret cū ꝓ⁹ ⁊ face ret ꝑ uotū ſuū. ¶ Jn ꝑiū ſic: qz ſm aplm. j. ad cor. 7. mulier alligata ē viro q̄to tpe vir ei⁹ viuit. q̄ ſi dormierit vir eius. i. ſi moztu⁹ fuerit ſoluta eſt a lege virī. Sic ⁊ in ꝓpoſito: q̄diu viuit religioſus tenet ad obediētiā. pp qō eo reſuſcitato nō tenet ulteri⁹ religionē itrare. ¶ R⁹ dz q̄ ſm q̄ſdā religioſus per religioīs uotū perfecte ꝓfozmat ſe deo q̄tuz ad oēs vires aie: ut q̄tū ad partez rōnalem ⁊ itellectiuā per obediētie ꝓmptitudinē. q̄tū ad irascibilē per pauptatis būilitatē. q̄tū ad ꝓcupiſcibilē per puritatē caſtitatis. dicunt autē iſti q̄ obligō p̄ncipal̄r fit ex pte rōnalis per obediētiā. ex pte aūt aliarū virtū ut pauptatē ⁊ caſtitatē: que reſpiciūt vires ſenſitiuas fit obligō mediāte obediētia. Jgit qz obediētia que reſpicit ipſā rōnalē ſz ſe q̄tucūq; hō moriat ⁊ deſtruant vires ſēſitiue adhuc remanet vis rōnalis. pp qō remanet illō qō ē p̄ncipale i tali uoto: ſemp g̃ remanet ibi obligō. ppt qō reſurgēte religioſo adhuc erit obligat⁹ per obediētiā pla to ſuō. ⁊ qz i obligōne obediētie icludunt alie due obligōnes. qz ſi nō plus ꝓmitteret religioſus niſi obedientiā. cū in regula ⁊ in ꝓſtōnib⁹ p̄cipiat caſtitas ⁊ pauperta⁹. opz eū caſtū ⁊ pauperē eē. iō tenet ſm iſtos religioſus reſurgēs ſuā religionē itrare. De mrimonio aūt ſz iſtos nō ſic ē. qz mulier nō hēt ptātē in cozp⁹ viri: ⁊ ecōuerſo rōne aie ubi q̄ten⁹ aia depēdet a cozpe. recedēte aūt aia a cozpore tollit ois talis ptās. ita ut moztuo viro ſoluta ſit oīno mlier a lege viri. ut ēt cōtigeret virū ſuū reſurgē. cū teneret viro ſuo copulari. ¶ Sz hoc dictū nō ē ſufficiēs ⁊ repugnat fozme per miſſiōis fcē in religiōe. nā religioſus ꝓmittit eē i obediētia plati uſq; ad moztē. ita q̄ in ſua ꝓmiſſiōe ſpecificat terminū moztis. moriēte g̃ religioſo q̄tūcūq; remaneat aia ſepata vtus intellectiua ſiue rōnalis. ubi oī fūdari obligō obediētie ſoluta ē hi⁹ obligō. ſicut ſi aliqs ꝓmitteret equū alteri per triduū. tempore illo elapſo q̄tumcūq; ad hoc exiſteret equo ubi fūdabat talis obligatio non ulteri⁹ teneretur dare ſibi equum. ¶ Rurſus deficit hec rō. nā obligatio mrimonij fundat in aia: qz ſolus conſenſus aioꝝ facit mrimoniū ut iura decernūt. ¶ Qō ſi dicat hi⁹ cōſenſus in actū exire nō pt niſi per cōparationē ad cozp⁹. Dicem⁹ q̄ ⁊ obligatio obediētie q̄tūcūq; fundet in potētia rōnali. nō

est apta nata exire i actū nisi p cōparationē ad corp⁹. nā hoc mō iste religiosus est sbdit⁹ 7 tenet obedire. 7 ille est plat⁹ 7 pt pcipe put hñt puersationē adiuicez 7 mādatū vni⁹ puenit ad aliū 7 obediētia alteri⁹ sub alio eē cōgscit. Sz post q̄ soluit talis puersatio soluit 7 obligatio obediētie. ¶ His visis dicam⁹ q̄ per se 7 directe mortuo religioso solut⁹ est ab obediētia plati qz sb̄ tali forma ꝓmissionē fec: sic 7 mortuo viro soluta est uxor a lege viri: 7 vir a lege ei⁹. ut si resuscitaret nō teneret uxorē hīe. Sz licet sit sic si psiderent solū ea que per se ꝓcurrūt ad obligōnē: attn̄ sec⁹ est de religioso resurgēte 7 de viro resuscitato pp q̄ hic 7 ibi. alia rō reformat pactuz. nā resuscitatio nō pt fieri nisi per diuinā vtutē 7 potētiā. iste g̃ qui resuscitat p diuinā potētiā ingrat⁹ eēt deo si nō fuiret ei in ita pfecto sta tu: sic 7 añ. Quare si ꝑus fuisset religiosus 7 resuscitatus uellet eē in scło eēt igrat⁹ deo. qz uellet ei fuire in minorib⁹ bonis. Sz nō sic est de mr̄imonio. nā qui nubit bñ fac. 7 qui nō nubit meli⁹ fac. est eni mr̄imoniuz bonū. Sz vginitas est melior. vir g̃ resuscitat⁹ si non uadat ad uxorē: sed ꝓtineat nō est igrat⁹ deo. nec fuit ei in minori statu sz in maiori. Religiosus g̃ resuscitatus si psideret solus ꝓc⁹ obligōnis solut⁹ est a religione. sz ne sit igrat⁹ deo tenet religionē itrare sz nō opz q̄ itret illā religionē in q̄ fuit. pōt eni ad artiora uota trāsire nō solū licētia nō obtēta: sz nec ēt petita. qz in nullo est obligat⁹ plato ꝑori: nisi ōten⁹ est obligatus deo. vir g̃ resuscitat⁹ cui vult pōt nubē in dño: 7 ēt pt nō nubē. qz nō nubē est meli⁹ q̄ nubē. Sz religiosus resuscitat⁹ pōt quā vult eque artā uel artiorē religionē itrare. sz nō debet in scło remanē ne sit igrat⁹ deo. nam ex gratia sibi facta nō debet eē peior uel minus bonus q̄ añ: sed potius melior. ¶ Qō vo obiciebat de matrimonio solutum est per iam dicta.

p **Ostea** Querebat de creatura rōnali siue de hoie q̄tū ad vitā futurā. Et circa hoc fiebat duplr q̄. vna de corpore utputa. Si aliq̄s sit nutrit⁹ ex carnib⁹ hūanis i q̄ resurgēt hi⁹ carnes. Alia aūt q̄ fiebat de aia. Utrū aia separata itellat pticlaria. Qō. XXVII

a **D** primū aūt sic ꝓcedebat. arguebat eni q̄ nutrit⁹ ex carnib⁹ hūanis hi⁹ carnes nō resurgāt in comedēte: qz tūc ut dicebat nō resurget comestus. ¶ In ꝯriū aūt arguebat q̄ nō resurgāt hi⁹ carnes in hoie comesto. qz tūc ut dicebat nō resurgēt comedēs. ¶ R⁹ dom q̄ hoc mō ꝓcedem⁹ in hac qōne: qz ꝑmo oñdem⁹ qd resurget in resurgentib⁹. Scdo declarabimus in q̄ resurgēt carnes comeste. utrū in comedēte uel in comesto. Tertio cum non possint tales carnes resurgere in utroq̄: oñdem⁹ quō potit hoc mō resurgere. ¶ Propter ꝑmū sciendū q̄ fm aug⁹. 22. de ci. dei. c. 12. ubi inqrit de capillis 7 de vnguib⁹. Utrū redeat totū q̄ tonsū ē. rñdet q̄ horrēda eēt talis deformitas vñ ait. q̄ illud redibit de vngulis 7 capillis ubi dec⁹ erit 7 q̄ corpis nā req̄rit. Illud g̃ resurget in resurgē tib⁹ q̄ req̄ret nā corpoz. 7 q̄ faciet ad eoz decorē. hoc g̃ mō capillus de capite nō pibit fm q̄ req̄rit nā 7 decor corpis. Sic ēt de macie 7 pinguedine ꝓcedē dū est. Ut qz nūc aliq̄s est pinguis: 7 postea efficiē macilent⁹. 7 iterum ad pinguedinē redit. Si tota talis pinguedo rediret in resurrectiōe: nō eēt formosū corp⁹. si g̃ aliq̄d est in corpe q̄ nō ptineat ad nāz: ul decorē corpis nō resurget in corpe. q̄re si nutrit⁹ ex carnibus hūanis q̄tū ad illō q̄ nō resurrexisset in corpe comesto si ptinebit ad nām uel ad decorē corpis comedentis resurget in hi⁹ corpe. si aūt nec ad nāz nec ad decorē corpis comesti uel comedētis tale q̄d ptineat non oportebit q̄ in aliq̄ eoz resurgat. ¶ Ulso q̄d resurget in resurgētib⁹ corpib⁹ 7 maxie in btis qz illō q̄ ptinebit ad nām uel ad decorē eoz. 7 ex hoc declato: qz si carnes ille comeste fuerit de vitate nāe vni⁹ 7 nō alteri⁹ resurgēt in illo dec⁹ vitate nāe fuerūt. Si vo in neutro fuerit de vitate nāe hūane in neutro resurgēt. ¶ Uolum⁹ aūt nūc declare dato q̄ in utroq̄ fuisset de vitate hūane nāe in q̄ resurgēt. quā qōnē determiat aug⁹. 22. de ci. dei. c⁹. 20. Dicens q̄ reddetur caro illa hoi in q̄ tūc caro hūana icepit. 7 subdit q̄ ab illo q̄ppe alio tanq̄ mutuo sūpta deputāda ē que sic alienū ei reddenda est vñ sūpta est: igit si in utroq̄ fuit caro hūana. i. si in utroq̄ fuit de vitate hūane nāe nō redibit ad comedētē siue ad expoliātē: sz ad comestū uel ad expoliatū ut ille. s. comedēs tanq̄ alienū reddat ei a q̄ accepit. ¶ His itaq̄ ꝓlibatis. restat soluē difficultatē tertiā videlz q̄ si hi⁹ caro fuit de vitate humane nāe in utroq̄ 7 non resurget in utroq̄. quō resurget uterq̄. quā difficltatē soluit idē aug⁹ eodē li⁹ 7 ca⁹ oi cens. q̄ si oib⁹ modis pisset aliq̄ materies. 7 in nullis nāe latebris remāsisset. vñ uellet reparet eā oipotēs. resurget g̃ i comedēte nō caro illa que fuit de vitate humane nāe in comesto: sz aliūde. vñ uolet oipotens carnē hi⁹ repabit. ¶ Ad arg^m aūt in ꝯriū dom q̄ dato q̄ fuerint de vitate hūane nāe in utroq̄: 7 dato q̄ hi⁹ carnes nō resurgant nisi in alio ut in comesto tm. nō pp hoc sequet q̄ nō resurgat utriq̄ qz vñ uolet deus oipotēs defectū ei⁹ reparabit. Pōt eni de⁹ hāc rē in hāc rē puertere 7 qō oino annihilatū ē restaurare ꝓpter qō nulla remanet questio quō possit talē supplere defectum.

Questio. XXVIII.

s **S**ecundo 7 ultimo querebat. Utruz aia separata itelligat pticularia. Et arguebat q̄ sic. qz ut dicebat. sicut ab ideis in mēte dina fluūt spēs in mētes angelo⁹ ita ab illis eisdē ideis fluūt spēs in aias separatas. Sz angelus per tales spēs cōgscit pticularia g̃ 7 aia. ¶ In ꝯriū ē qz ut dicebat ad cognitionē pticlariū per spēs req̄rit ꝓnālitas spērū: sed spēs ille non sunt ꝓnāles nāe g̃ 7c. ¶ R⁹ dom q̄ hoc ordine ꝓcedem⁹ in hac qōne. qz ꝑio declabim⁹ q̄ aia cognoscit pticularia. Scdo oñdem⁹ q̄lit cognoscit ea. Tertio manifestabim⁹ quō vificant dicta scoz dicētiū q̄ nesciūt mortui q̄d i hac vita agāt viui. ¶ Propt ꝑmū sciēdū q̄ aia separata pticlaria cōgscit. qz diues ille in tormētis posit⁹. abraam 7 laçarū recognuit: 7 q̄nq̄ fres se hīe recordat⁹ est qō sine cognitiōe pticulariū eē nō posset. cū g̃ in inferno eēt aia diuitis separata a corpe cogimur ponē q̄ aia separata pōt cōgscē has pticulares aias separatas: ut cognouit ille diues laçarū 7 abraā ubi erat i limbo solū fm aiam. cōgscit ēt nō solū spūalia separata: sz ēt corpalia 7 ptūcta q̄n recordat⁹ est se q̄nq̄ fres hīe. ¶ Oñso q̄ opz nos ponē aias separatas hīe aliq̄ cognitionē de pticularib⁹. Restat oñdē q̄lit hi⁹ cognitionē hēant pp qō sciēdū q̄sdā dixisse aias separatas de pticularib⁹ nō hīe cognitionē distinctā: sz ꝑfusā simplr 7 absolute loquēdo. Si aūt de aliq̄b⁹ pticularib⁹ hēant cognitionē distinctā. hoc est ut dicūt per aliquā determinationē: ut qz aliquo modo determinatur ad talē notitiā. qō quadrupliciter eē pōt. quia ul hoc erit per aliquā affectionē: sicut aliq̄s determinat ad amicos qz afficitur ad eos. uel per aliquam precedētem cognitionez. sicut quis determinatur ad notos. uel per aliquaz nālem habitudinem: sicut quis determinatur ad cogna-

accidētia illa possunt imutare mām ad generationez subſtātie. cū ergo hoc efficere nō cōpetat accidētib⁹ nisi in virtute subſtātie: illis aūt accidētib⁹ nulla subſtātia sit subiecta non poterit ibi talis imutatio fieri. ¶ Notandū ergo q licet ipsa accidentia nō possunt in generationē subſtātie nisi in virtute fozme subſtātialis: nō tn opz accidētia semp eē ꝓiuncta illi fozme subſtātiali in cuius virtute faciūt ad generationē subſtātie: videmus eni q nāliter leo leonē generat: ⁊ aia lia perfecta sibi simlia ꝓducūt: virtus aūt exns in semine leonis nō pōt disponere māz ut sit susceptibilis aie leonis nisi hoc agat in virtute ipsius fozme leonis siue aie ei⁹. Et lz virtus exns in semine masculi faciat ad gnationē fetus ꝓut agit in virtute aie patris: non tn semp illa virtus est cōiuncta illi fozme uel illi aie: q semē in quo est talis virtus est aliqd diuisuz separatum a patre. Dicunt ergo accidentia facere ad generationē subſtātie in virtute subſtātie: nō q sint ꝓiuncta illi subſtātie in cuius virtute hec agūt: sed q a fozma subſtātiali habēt qō pnt in generationē subſtātie. poterūt ergo accntia vini cozrūpere liquorē eis imixtū ⁊ generare inde subſtātiā aliā: q cozruptio vnius est generatio alterius ⁊ generationez illius subſtātie facient in virtute subſtātialis fozme: nō q illi fozme sūt ꝓiuncta cuz fozma vini nō maneat: sed q cū ozta sunt accntia illa ex pncipijs vini: acceperūt a fozma vini ut possent imutare māz ad generationē vini. Cū igit nō efficiāt generationē vini nisi in virtute illa quā acceperūt ab illa fozma: adhuc dicunt agere in virtute fozme vini nō obstāte q fozma illa non maneat: sicut q virt⁹ in semine patris dicit accipere ab aia patris q possit disponē mēstruū ad susceptionez aie: dato q tpe illo quo mater est pregnans pater decederet adhuc semē dicit agere in virtute aie pris: non q pater sit: sz q est in semine illa virtus qua accipit ab aia patris in cuius virtute disponit māz. ¶ Ex hoc aūt patere pōt: cū apponit aq uel alius liquoz inter accidentia vini sub qbus est sanguis chīi utrū generet ibi sanguis uel vinū. Nā accntia illa que imutāt mām ad susceptionē fozme nō acceperūt virtutē agēdi ex pncipijs sanguinis: sed ex pncipijs vini: ⁊ nō agūt in virtute sanguinis sed in virtute vini: lz eni sub specieb⁹ vini sit sanguis chīi cū oibus suis accidētibus: tn accidentia sanguinis non sunt ibi quō pnt imutare mām. Et q tota illa transmutatio fit ab accidētibus vini: nequaq̄ ille liquoz admixt⁹ accidētibus illis accipiet fozmā sanguinis sed fozmaz vini. Immo ex hoc ipso qō ex tali actione nō generat sanguis sed vinū ut sanctorū auctoritates testant: patet quō illa accidētia dicunt agere in virtute fozme substātialis: q talia accidentia ex pncipijs vini ozta acceperūt a fozma vini ut posset imutare māz ad simlē fozmā: posset aūt assignari illa rō quō accidētia illa cū nō fundent in substantia pnt disponere mām ad generationē subſtātie. ¶ Ad cuius euidētiā sciendū q ad generationē animalium pfectorū nō sufficit cozpus supceleste sz opz generationē illā añcedere aial sīle in specie. Nam si sol generat uermes ⁊ mures ⁊ est pater plātaz: hō autē generat hominem ex mā ⁊ sol: ut dicit 2⁹ phīsicoruz ⁊ pari rōne leo generat leonē ex mā ⁊ sol: sed iperfecta ⁊ inaiata nō soluz sunt a sibi sīlī: sed ēt a sole. ignis eni nō solū fit ab igne sed ēt a motu. mot⁹ eni in virtute cozpis supcelestis facit ad generationē ignis. Accidētia ergo vini poterūt imutare aquā ad susceptionē fozme vini: tn q remanet eis virt⁹ quā acceperūt a pncipijs vini in cui⁹ vtute hoc agūt. tn q hec efficiunt in virtute cozpis supcelestis qō sufficit ad ꝓductionē fozme vini mediāte alteratiōe quā exercēt accidētia vini sup liquorē imixtū. patet ergo q nō obstante q accidentia vini non fundant in subſtātia aliq̄ possunt immutare mām ad generationē subſtātie. qō declarare uolebamus. Propositio. XLIX.

On obstāte q fuit cōmunis philosophorū sentētia nō eē possibile accidentiū mixtionē. poterit tn accntibus vini liquoz aliquis imisceri. Declaratio.

¶ Fuit aūt cois philosophorū snia q passionū ⁊ accidentiū nō est possibilis mixtio: ut ostendit phs ꝑ⁹. c. de mixtione. Sed si cōsideraē eorū motiuū ⁊ ex qua radice dictus fmo cōtinet: nō obuiaē catholice ueritati qua dicimus q ꝓuersione facta accntia vini remanent sine subiecto qbus pōt liquoz aliqs imisceri. nā cā quam tāgit phs q̄re accntiuz nō est mixtio sumit: q nō habēt per se eē. vnde. c. de mix. ait q neq albū neq̄ disciplinā neq̄ aliqō separabilū ꝓtingit misceri: ⁊ subdit cām: q opz utrūq̄ mixtorū separabile esse. passionuz aūt ut ait nulla est sepabilis. Tota ergo cā quare accidētia misceri nō possunt est q sunt iseparabilia: sed si haberēt eē sepatuz misceri possent. liquoz ergo aliqs misceri poterit sacramēto altaris nō q misceat sanguini sz miscebit accntib⁹ vini ut Innocē. d. Sunt eni illa accntia sepata imo eorū poterit eē mixtio. Non aūt misceē liquoz sanguini q non fit mixtio nisi diuisibiliū: iō circa fi. pzi. de. ge. dicit. que sūt indiuisibilia nō sūt bene miscibilia. Cū ergo sanguis chīi nō sit sub sacro diuisibiliter: q si diuidant accntia illa sub qbus est sanguis chīi sub qlibet pte erit tot⁹ sanguis. Accntia ergo vini misceri pnt: q sunt sepabilia ⁊ per se exntia: sz nō sanguis. Sed si sic dicim⁹ qō credim⁹ bene dictū: duo dubia nobis occurrūt. ¶ Primo quō fieri possit talis mixtio: cū vnū ⁊ idē nō possit habere eē sepatū ⁊ insepatū. Si eni liquoz misceē liquori ex illis mixtis fit vna supficies. ergo si misceret aliqs liquoz illis accntib⁹ fieret ibi vna supficies. Eēt ergo illa supficies sine subiecto ⁊ in subiecto. Sine subiecto q eēt sanguis ꝓtentiua. in subiecto q fundaret in sba vini. ¶ Scōo occurrit dubiuz utrū per ammixtionez alterius liquoris ibi eē desinat sanguis chīi. ¶ Primū dubiū de facili soluit: q nō est icōueniens q idē fm diuersas ptes possit eē affirmatio ⁊ negatio. Eadē eni supficies fm vnā ptē pōt eē alba ⁊ fz aliā nigra pp qō erit alba ⁊ nō alba ⁊ nigra ⁊ nō nigra sz nō fz idē. Sic ut coiter ponit si liqz misceat accntib⁹ illis: ⁊ fiat ide vna supficies erit supficies illa in sbo ⁊ nō in sbo: sz nō fz idē. Sz q̄tū ad vnā ptē erit in sbo: q̄tū ad aliā nō. ¶ 2m vo dubiū sic ab aliqbus soluit: q cū aliqs liquoz imisceat accntib⁹ illis: deficit ibi eē sanguis fm q liquoz appositus attingit. pp qō si sit tātus liquoz qō possit attingē oia accntia ista: nullomō erit sanguis. Si vo non sit liquoz iste in tāta q̄titate q attigit ad oia accntia sz ad aliquā ptē deficiet eē sanguis chīi in illa pte ubi attingit ille liquoz. Sed istud nō videt posse stare: q si fm q attingit liquoz appos⁹ sic desinit ibi eē sanguis: cū semp liquoz appos⁹ aliqd attingat semp in aliq̄ pte desinit ibi eē sanguis pp qō augmētat⁹ erit liquoz in quo nō est sanguis: ⁊ q nō est augmētat⁹ plus pōt attigere de accidētib⁹ illis sub qbus est sanguis: sanguis ad ultimū totū attinget: ⁊ sub oibus illis accidētib⁹ desinet eē sanguis. Si ergo tāta eēnt illa accntia sub qbus est sāguis chīi q repleret vnū doliū: si apponeret

vna gutta vini uel alicui⁹ alterius liquoris sub oibus illis accidentibus desineret eē sanguis chr̄i: qō videt absurdū. Notandū ergo q̄ sanguis chr̄i est sub sacra mēto altaris q̄diu est ibi spēs illi⁹ vini sub quibus est dictus sanguis. tot ergo modis pōt ibi desinere sanguis chr̄i quot modis pōt tolli spēs illius vini. ꝟz aūt q̄ spectat ad p̄sens aliq̄d pōt cor̄ūpi dupliciter: uel per p̄riū uel per diuisionē māe. dupliciter eni pōt cor rūpi caro uel aq̄: ul̄ per actionē p̄rīs ut si p̄rie q̄litates carnis ꝛ aque inducerent in mā in qua est aqua uel ca ro: uel per diuisionē māe q̄ ita modicum acciperetur de mā q̄ ibi saluari nō posset species aque uel carnis sic ēt dupliciter tolli pōt spēs illius vini: uel per p̄riā actionē: ut si introducant ibi p̄ria accidentia accidēti bus vini. uel per diuisionē ut si adeo modicū acciperet de illis speciebus q̄ ibi saluari nō posset spēs vi ni: quocūq; aūt istorū modorū fieret ibi eē desineret sanguis chr̄i. Cū ergo aliq̄s liquor admiscet accidēti bus illis uel est silis uel p̄rius. Si silis nō poterit ibi desinere spēs vini per actionē p̄riā: q̄ agēs ꝛ patiēs in p̄incipio dicunt eē dissimilia nō silia. poterit tn̄ ibi deficere spēs vini per diuisionē cōtinui: q̄ si intra li quorē appositū accidētibus illis sub q̄b⁹ est sanguis chr̄i includeret adeo modicū q̄ ibi nō posset reserua ri spēs vini in illa parte desineret eē sanguis chr̄i: nec ualeret obiectio qō per appositionē silis liquoris nō posset adeo modicū de accidētibus illis includi in li quore oppositō q̄ eē desineret vini spēs: q̄ nō posset eē liquor appositus silis nisi illud appositū eēt vinū: inter vinū aūt nō pōt adeo modicū vini icludi q̄ spe ciem vini deserat. Nā sanguis chr̄i est sub spēbus ali quib⁹ determinatis: pp qō nō sufficit q̄ ibi remaneat spēs vini ut ibi sit sanguis chr̄i. Sed req̄rit q̄ rema neat talis spēs vini ut spēs illius vini qō p̄sum est in sanguinē chr̄i: lz ergo nō posset adeo modicū de il lis accidētibus icludi intra liquorē similē appositum q̄ ibi eē desineret spēs vini: poterit tn̄ ibi eē desine re spēs talis vini qō sufficit ut eē desinat sanguis chr̄i: per liquorē ergo similē appositum vnomō ibi posset desinere sanguis chr̄i: ut si ita modicū de illis accidē tibus sub q̄bus est sanguis chr̄i clauderet intra liquo rē appositū q̄ ibi saluari nō posset spēs talis vini. Sz si liquor appositus eēt p̄rius: dupliciter ibi posset de sinere sanguis chr̄i: uel per rōnē p̄riā: uel per inclusio nē p̄dictā. In tanta eni parte illorū accidētiū desi neret eē sanguis chr̄i: in quāta inducerent accidentia p̄ria: ꝛ ēt desineret esse hī sanguis in oi ea parte qua clausa itra liquorē appositū nō posset ibi saluari spēs talis vini. ¶ Ex hoc aūt pōt saluari dictū doctorū: quo dicit q̄ per appositionē liquoris inter accidētia p̄tentiua sanguis chr̄i in tāta pte eē desinit dictus san guis quātā attingit liquor appositus. debet eni accipi illud attingere uel per dicta inclusionē uel per p̄riam actionē: pp qō nō per appositionē q̄ticūq; liquoris opz q̄ ibi esse desinet totaliter sanguis chr̄i siue sit li quor p̄rius siue silis. patet ergo quō per appositionē liquoris alicuius iter accīntia p̄tētiua sanguis chr̄i ibi eē desinit dict⁹ sanguis: ꝛ quō illorū accīntiū est mix tio: qō declarare uolebamus. Propositio. L.

Otus christus sub utraq; specie pa
t nis ꝛ vini a fidelibus sumitur: qui ue re viatici⁹ dici potest q̄ per ipsum de uote susceptum tanq̄ per viam tutam ꝛ ue ram peruenimus ad gloriā ꝛ ad amenu⁹ cō sortiū angelorum: ad qō nos perducat chr̄i stus qui est benedictus deus in secula seculo rum amen. Declaratio.

¶ Sub specie panis ꝛ vini totus chr̄s cōtinet: sed hoc ex nāli cōcomitantia nō ex vi sacramēti. Ex vi eni sa cramēti nō solū sub specie panis per se sūpta: uel sub specie vini nō p̄tinet totus chr̄s: sed ēt sub utraq; spe cie simul nō existit totus chr̄s. illud eni est in altari ex vi sacramēti in qō aliq̄d est p̄uersu⁹: igit̄ sub specie pa nis ex vi sacramēti nō est nisi cor̄p⁹ chr̄i tm̄: ꝛ sub spe cie vini est sanguis chr̄i tm̄. Plus est ergo ex vi sacra mēti sub utraq; specie q̄ sub altera tm̄. attn̄ ex vi sa cramēti nec sub altera tm̄: nec sub utraq; simul est to tus chr̄s: q̄ aīa eius ex vi sacramēti sub neutra specie cōtinet: cū nihil sit cōuersu⁹ in ip̄az. ex naturali tn̄ cō comitātia sub utraq; specie totus chr̄s existit. Nā cū cor̄pus chr̄i sit nāliter cōiunctū suo sanguini ꝛ sue aie lz sub specie panis ex vi sacramēti sit solū cor̄pus. ex nāli tn̄ cōcomitātia est ibi sanguis: aia: ꝛ ēt ip̄z uerbū q̄ habet ifallibilē vnionē ad carnez ꝛ ad aiam: sic ēt sub specie vini est solus sanguis ex vi sacramēti: lz ex naturali cōcomitātia sunt ibi cetera alia. ꝛ inde est q̄ si totus sanguis chr̄i fuit separatus a cor̄pore eius in passione: sicq; tunc sacrificasset sub specie vini fuis set sanguis sine aia ꝛ sine carne: q̄ hoc posito tūc san guis erit a cor̄pore ꝛ ab aia separat⁹. ꝛ pari rōne sub specie panis fuisset cor̄pus sine aia ꝛ sine sanguie. Be ne ergo dictū est q̄ q̄ nūc p̄iuncta sunt que in passio ne diuisa fuerūt: lz tūc nō ex vi sacramenti nec ex nāli cōcomitātia fuisset sub utraq; specie chr̄s q̄tū ad oia sua: nūc aūt nō ex vi sacramēti sed ex nāli cōcomitā tia sub accidentibus panis ꝛ vini totus chr̄s existat.

¶ Dimissis ergo qōnibus que difficultatē nō ponde rant. utrū nō sacerdos cōficere ualeat: ꝛ utrū degra dati uel ēt heretici p̄ficere possint: ꝛ utrū q̄s debeat p̄tinue celebrare: ꝛ utrū eucharistie sumptionē cor̄po ralis turpitudo ipediat: ꝛ utrū in açimo uel in fermē tato p̄fici debeat: ꝛ q̄b⁹ uerbis chr̄s p̄fecerit: ceteris talibus modica difficultate munitis cōcludamus ut p̄cludebat in fine theorematis p̄assignati q̄ hoc sa cramentū uere viaticū dici pōt: q̄ in eo p̄tinet totus chr̄s: qui est via ueritas ꝛ vita. per ipm eni deuote su sceptū: tanq̄ per viā ueram ꝛ tutā p̄uenimus ad p̄iam ꝛ ad amenū p̄sortiū angelorū: ad qō q̄ p̄p̄ris viri⁹ p̄uenire nō possumus: exclamo. Dñe iesu ad cui⁹ lau dis ꝛ honoris p̄conia eucharistie mysteriū q̄ iter ce tera sacramēta est deuotiōe sumēdū suauius: itelligē tia pulchrius: p̄tinētia sanitius: per dnq̄ginta theore mata te auxiliāte descripsi. Rep̄sentās annū iubileu⁹ cū per dnquagenariū extēsus seruos a seruitute libe ros faceret figurā hui⁹ sacri mysteriū q̄ qō habet pec catorū remissio p̄tendebat. Per hāc ergo refectio nē sanctissimā me famulū tuū a diaboli ptāte redem ptū p̄ducas ad gloriā ꝛ ad vitā delectabilē: cohortē angelicā: ad quaz nos ordinat tui corpis ꝛ sanguinis sacramentum. Qui cū patre ꝛ spiritu sancto es vnus deus benedictus in secula seculorū. Amen.

¶ Altissimi Egidij Romani contemplationes quin quaginta de sanctissimo eucharistie sacramento feli citer expliciunt.

¶ Tractat⁹ q̄ gloriosus de sacramēto altaris. ꝛ in primis de puncti. linee. supficiei corpis. quātitatis. qualitatis ꝛ substantie distinctione uenerabilis Guilielmi ockam anglici. sacre theologie magistri famosissimi ordinis fratrum minorum. Incipit feliciter.

Circa cōuersionē

c panis in corpus chr̄i. sic̄ dicit glo. q̄dā de ꝓse. di. 2ª. In sacr̄or. uarie sūt opiones. ¶ Una asserit q̄ illa suba que fuit panis primo. postea est caro ꝛ sanguis chr̄i infra. e. panis ē in altari ꝛc̄. q̄ corp⁹. ¶ Secūda opinio tenet. q̄ suba panis ꝛ uini ibi desinit esse ꝛ manēt accidentia tm̄ scilicet sapor. color. ꝛ silia. Et sub illis accn̄tibus icipit ibi eē corp⁹ chr̄i. ¶ Tertia tenet q̄ remanet ibi suba panis ꝛ uini. ꝛ in eodē loco ꝛ sub eadē spē est corp⁹ chr̄i. ar. infra. e. ego. Quelibet tm̄ opinio fatet ibi eē corp⁹ chr̄i. ¶ Scōa opinio uerior est ex̄ de summa trinitate. c. firmiter pa. vna. hec sunt v̄ba glose. Ex qua appet q̄ suba panis ꝙuertit in corpus chr̄i. ita q̄ suba panis nō manet. sed tm̄ accidētia que prius erāt in suba panis manēt. Et pro ista ueritate dicit ex̄ de sum. trini. firmiter. sicut allegat glo. predicta. Una est oiuz fidelium ulis ecclia: ex̄ quā nullus oino saluat. In qua ipse idē sacerdos est ꝛ sacrificiū Jesus chr̄s cuius corp⁹ ꝛ sanguis in sacro altaris sub spēbus panis ꝛ uini ueraciter ꝓtinet trāsubstātiatis pane in corp⁹ ꝛ uino in sāguinē ptāte dina. ¶ Ad istius ueritatis declarationē circa duo pncipaliter aliqua sunt querēda ut patet circa illorū accn̄tiū entitatē ꝛ distinctionē. ¶ Scōo circa ipsorū a sbo sepationē. Quia aūt coiter ꝓcedit ab oibus q̄ color sapor ꝛ hi⁹ q̄litates sensibiles iter se realiter distinguunt. ꝛ ēt a substātia. Jō hoc supposito querēda sunt aliq̄ circa distinctionē istarū q̄litatū a q̄titate. figura. rectitudine. ꝛ hi⁹. de q̄bus est magnū dubiū quō distinguātur. Et q̄ nō tm̄ ad theologiā: sed ēt ad philosophiā pti net ista ꝓsideratio. cū philosophie sit rez nās ꝛ distinctiones earū cognoscere. Jō iuestigādū q̄d senserunt philosophi: ꝛ pcipue pnceps philosophorū Aristoteles de ista mā. ꝛ ēt q̄d dicāt theologi. Ut aūt ordiatius ꝓcedā querā primo de distinctione puncti: linee superficiei: ꝛ corporis. ꝛ postea de alijs.

P Rimo igitur quero

Utrū pūctus sit res absoluta distincta realiter a q̄titate. Rn̄det q̄ sic: q̄ termin⁹ vnius cuiusq̄ distinguit ab illo cui⁹ est termin⁹. sed pūct⁹ est terminus linee: g̃ distiguit realit a lica. ꝛ per ꝓns eadē rōe a q̄libet q̄titate distinguit realiter. ¶ Cōtra. ois res positiua ē suba uel q̄tit̄as uel q̄litas ul' relatio ꝛ sic de alijs p̄dicamētis. sed pūct⁹ nō est suba distincta a q̄titate: nec q̄litas distincta a q̄titate: nec relatio distincta q̄titate. ꝛ sic de alijs generib⁹ respectiuis: igit̄ pūctus nō est alia res a q̄titate. ¶ Pro ista q̄one ꝛ oibus sequētibus de ista mā pmitto vnū. videlicet q̄d dicā sub q̄cūq̄ forma v̄boz. q̄ pōt aliquo mō deduci ꝓtra q̄cūq̄ dictū in sacra scriptura ul' sanctor. uel ꝓtra determiationē ꝛ doctrinā ecclie romane. uel ꝓtra sentētiā doctorū ab ecclia approbatorū. nō dicā asserēdo: sed p̄cise recitādo in psona illorū qui ēt opinionē tractādā tenēt: siue illa opinio sit uera: siue falsa: siue catholica: siue heretica uel erronea. vnde si dicā talia v̄ba dico dicēduz ꝛ ꝓsimilia. nō in psona mea sed in psona taliter opinātiū uolo illa itelligi. ¶ Hoc premisso circa q̄nē ꝓpositā sic ꝓcedā. Primo oñdā q̄ punct⁹ nō est aliq̄ res positiua ꝛ absoluta distincta realiter a q̄libet q̄titate ꝛ maxime a linea. Scōo ponā alias rōnes ꝛ auctes ad pbādū punctū eē aliā rē. Tertio respōdebo ad eas. ¶ Primo igit̄ pbo q̄ pūctus nō est alia res a linea q̄libet q̄titate. ꝛ ꝓmo per rōnes philosophicas. scōo per auctoritates philosophorū. tertio per rōnes theologicas. ¶ Juxta primā viā arguo ꝓmo sic ostēsiue. Si pūctus sit alia res a q̄titate: uel est suba uel accn̄s. sed pūct⁹ nō est suba distincta a q̄titate: nec accn̄s distinctuz a q̄titate. igit̄ punct⁹ nō est alia res a q̄titate. maior est nota. minorē ꝓbo ꝛ ꝓio primā ptē scilicet q̄ punct⁹ nō est suba distincta a q̄titate: q̄ ois suba uel est mā ul' fozma uel cōpositū uel suba abstracta a mā. Sed manifestuz est q̄ punctus nō est mā nec fozma nec cōposituz nec est fozma abstracta a mā. si pūctus sit idiuisibilis ꝛ nullo mō q̄tus: sicut ponit ab aduersarijs. g̃ ꝛc̄. ¶ Scōaz ptē ꝓbo sic. q̄ scilicet pūct⁹ nō sit accn̄s indiuisibile distinctū a q̄titate. Primo sic. oē accn̄s absolutū positū est in aliquo sb̄o sibi adeq̄to: ita q̄ illud accn̄s uel est totū in toto sb̄o ꝛ in q̄libet pte. uel totū in toto ꝛ pars in pte. uel est accn̄s idiuisibile hn̄s sb̄m indiuisibile sic accn̄s spūale est in aia itellectiua: tanq̄ in sb̄o suo ꝓio ꝛ adeq̄to. Sed pūct⁹ nullo istoz triū modorū habet aut habere pōt aliq̄ sb̄m primū ꝛ adeq̄tū. ergo maior illius rōnis per iductionē patet de oi accidēte absoluto. Prima ps minoris videlicet q̄ punctus nō hēt aliq̄ sb̄m adeq̄tū ita q̄ sit tot⁹ in toto ꝛ in q̄libet pte patet: q̄ accipio pūctū terminantē lineā a. ꝛ uocet̄ ille. b. ꝛ accipiēdo aliū pūctū coꝛespōdētē ꝛ uocet̄. c. tūc q̄ro aut. b. est in. a. tanq̄ in suo sb̄o adequato. uel in sb̄o ipsius ꝛ sīue sic sīue sic sequit̄ q̄ eadē rōne. c. erit in eodē subiecto adeq̄to. ¶ Tunc arguo sic. quecūq̄ sunt in eodē sb̄o adeq̄to nō differūt nec situ nec loco. sed. b. ꝛ. c. distiguunt ul' distāt loco ꝛ situ. ergo nō sunt in eodē sb̄o adeq̄to. Si dicat q̄. b. nō est in tota linea. a. nec in sb̄o ipsius linee. a. sz in pte ipsius linee: uel in parte subiecti. ¶ Cōtra si. b. nō sit tanq̄ in sb̄o adeq̄to in tota linea nec in toto sb̄o ipsi⁹ linee. igit̄ ē in pte tanq̄ in sb̄o adequato. sit ista ps. d. Tūc arguo. b. est in. d. tanq̄ in sb̄o adequato. Igitur eadē rōne alius pūct⁹ coꝛespōdēs ipsi. b. ad quez ex alia pte terminat. d. erit in ipo. d. tanq̄ in subo adeq̄to ꝛ uocet̄ ille pūct⁹. e. Ex quo sequit̄ q̄. b. ꝛ. c. sunt in eodē sb̄o adeq̄to ꝛ per ꝓns nō distant loco ꝛ situ. qō est manifestissime falsuz. Sic igit̄ nō pōt pūctus aliqs eē in aliquo diuisibili q̄to ꝛ tanq̄ in suo sb̄o adeq̄to: ita q̄ sit tot⁹ in toto ꝛ tot⁹ in q̄libet pte. Tum qz tūc duo pūcta illius diuisibilis nō distarēt situ qō est falsuz. Tum qz tūc pūct⁹ idē numero eēt in alio ꝛ in alio situ qō est falsuz. Si dicat q̄ pūctus est in aliqua pte diuisibili sed illi pti nō coꝛespōdet ali⁹ punct⁹ in actu: nec pōt sibi coꝛespōdere qz illa pars nō pōt eē per se exns: sz tm̄ inexistēs alteri. ¶ Cōtra: quacūq̄ pte demōstrata deus pōt eā de potētia absoluta separare ab alia pte ꝛ ꝑfuare eā per se exn̄tē. igit̄ ista ptē que est primū sb̄m ꝛ adequatū pūcti deus pōt ꝑfuare sine alia. ponat̄ igit̄ ineē: tūc habebit aliū pūctū in actu qui eadē rōe erit in illo sb̄o tanq̄ in suo sb̄o primo qz nō est maior rō q̄ vnus pūct⁹ terminās lineam sit in illa tota linea ul' in illo toto sb̄o illi⁹ linee: q̄ ali⁹ pūctus terminaꝰ eādē lineā. ꝛ per ꝓns ista duo pūcta nō distabūt situ: qz illa accn̄tia que sūt i eodē sb̄o adeq̄to nō distāt situ. ¶ P̄. pūct⁹ coꝛespōdēs nō est tm̄ in potētia quō futurū est in potētia. igit̄ est in rerū nā

ꝛ per ꝓns hēt aliō sb̄m p̄imū ꝛ nō pōt dari nisi linea
ul' sb̄m linee termiate ad aliū p̄ctū. Igit̄ ista duo pū
cta sūt in eodē sb̄o p°. ꝛ per ꝓns nō distāt situ. qō est
falsū. ¶ ꝑ. si eēt in aliquo diuisibili sb̄o tanꝝ sbo
p̄io tūc nō distarēt situ ab alia pte: nec plus distaret
ab vna pte: ꝙ ab alia. ¶ Scōa ps minoris p̄icipalis
ꝓbat sic. s. ꝙ p̄ct' nō est tot° in toto sb̄o ꝛ ps in pte:
qz p̄ct' tūc eēt q̄t' ꝛ habet ꝓpositū. ¶ Tertia ps
minoris illi'. videlicet ꝙ nō est in aliq̄ idiuisibili tanꝝ
in sb̄o suo p̄io adeq̄to. patet qz illō idiuisibile ul' eēt
suba uel accns. nō accns qz quero in q̄ gñe ꝛ patet ꝙ
nō pōt dari eē in alio gñe a gñe sube. Sil'r querēduz
eēt de sb̄o illi' accntis. sicut de sb̄o p̄cti. nec est illud
indiuisibile suba. qz si sit suba uel est mā uel forma. uel
cōpositū uel suba abstracta a mā. sed nō est mā: qz ois
mā est diuisibilis. nec ē forma: qz si sit forma ul' est fo
ma extēsa. ꝛ per ꝓns est aīa intellectiua: qz sola aīa itellectiua
est inextēsa. sz manifestū ē ꝙ nō ē aīa itellectiua. g̃ nō
est forma que est altera ps cōpositi. nec est cōpositus
manifestū est. nec est forma abstracta a mā. manifestū
est. Igit̄ nō est aliq̄ suba indiuisibilis que possit eē p̄i
mū sb̄m ꝛ adequatū puncti. ¶ ꝑ. si in lapide sit aliq̄
suba indiuisibilis que possit eē p̄imū sb̄m ꝛ adeq̄tus
p̄cti. accipio tūc istaz subam. Et quero aut facit per
se vnū cū mā ꝛ forma lapidis aut nō. Si sic igitur eēt
aliq̄ suba indiuisibilis in lapide que eēt mā uel forma
respectu māe lapidis: qz q̄cūq; aliqua sūt diuersarū
rōnum in gñe sube faciētia per se vnū: vnuz istorū est
act°. reliquū vo potētia ꝛ per ꝓns vnū est mā ꝛ reli-
quū forma. Sed ipossibile est ꝙ illud indiuisibile est
mā p̄ima: qz mā p̄ima est extēsa. Si autem ista suba
idiuisibilis nō facit per se vnū. cū mā ꝛ forma lapidis.
īmo nec est pars lapidis. ꝛ per ꝓns nō potest eē pars
lapidis nec per ꝓns pōt eē ps alicuius sube. Sed ois
suba que nō pōt eē ps alicuius sube per se subsistēs ꝛ
per se in gñe ꝛ spē. ꝛ per ꝓns ista suba eēt per se sub-
sistens ꝛ per se in gñe ꝛ specie qō est falsum. relinquit
g̃ ꝙ nulla est suba in lapide nisi mā uel fōa uel cōpo-
sitū. sed oē tale est diuisibile ꝛ habēs ptes realiter di
stinctas: g̃ nullū eorū est idiuisibile. Sic igit̄ patet ꝙ
nec aliq̄ō indiuisibile nec aliq̄ō diuisibile pōt eē p̄mū
sb̄m ꝛ adeq̄tū ipsi' p̄cti si p̄ct' sit q̄dā res absoluta
distincta realiter ab oi diuisibili. ¶ Si dicat ad rōnē
p̄icipalē ꝙ maioz est falsa. nā multa sunt accntia que
nō sunt tota in toto ꝛ in q̄libet pte. nec tota in totis.
ꝛ ptes in ptib°. nec sūt accntia idiuisibilia hntia sub-
iecta idiuisibilia. sz accntia idiuisibilia hntia subiecta
diuisibilia ꝛ tñ nō sunt in aliq̄ pte: sz totū in toto sicut
tps est in toto motu totius celi: ꝛ tñ nō est in aliq̄ pte
mot' alicui' ptis celi. Sil'r dupleitas est tota in toto
duplo. ꝛ nec dupleitas nec aliq̄ ps ei' est in pte dupli
respectu eiusdez dimidū. Et ita videt de multis alijs
accntib°. ꝙ sunt in toto ꝛ tñ nec ipsa nec ps eoꝝ sunt
in aliq̄ pte toti°. Sed ista rnsio nō sufficit. Primo qz
accipit falsuz. ꝙ sunt aliq̄ accntia idiuisibilia existētia
primo in aliquo diuisibili. ꝛ tñ in nulla ei° pte. vñ tps
nō est aliq̄ō accns absolutū distinctū realiter a motu
ꝛ a rebus pmanētib°: exns subiectiue in toto motu.
ꝛ in nulla pte. ¶ Scōo non sufficit ista rnsio. qz hoc
dato adhuc stat argumētū. qz p̄ct' nō est tale accns.
¶ Primo qz nullū accns existēs in aliquo sb̄o ade-
quato siue sit totū in toto ꝛ totū in q̄libet pte siue to-
tum in toto. ꝛ tñ in nulla pte distat loco ꝛ situ ab aliq̄
accnte exnte in eodez sb̄o adeq̄to sibi patet. qz color
nō distat a calore eiusdē sb̄iecti. ¶ Sil'r tps si sit aliō
accns nō distat situ ab aliquo accnte existēte in eodē
sb̄o adeq̄to sibi. Sil'r dupleitas nō distat situ ab aliq̄
accnte exnte in eodez sb̄o tanꝝ sibi adeq̄to. ꝛ ita ul'r
de oi accnte. pz ꝙ nō distat situ ab aliq̄ accnte existē-
te in eodē sb̄o sibi adeq̄to. sed p̄ct' distat situ a quo-
libet p̄cto illius q̄ti. cui' est p̄ctus. Igit̄ duo p̄cta
nō p̄nt eē in eodē sb̄o p° ꝛ adeq̄to. qō tñ oporteret si
p̄ct' eēt accns idiuisibile hns p̄o sb̄o adeq̄to aliqō
diuisibile. ¶ Tertio nullū accns distat situ a q̄cunq;
pte sui subiecti p̄imi ꝛ adeq̄ti. sicut albedo illi' ptis
a. nō distat situ a quacūq; pte ipsius. a. q̄uis distat situ
ab alia pte cōponēte cū. a. ¶ Sil'r si tps uel dupleitas
sit accns distinctū realiter a duplo uel motu. ma-
nifestū ē ꝙ tps nō distat situ ab aliq̄ pte mot'. nec du-
pleitas distat situ ab aliq̄ pte dupli: ꝛ ita de oi alio ac
cidēte. sz demōstrato q̄cunq; diuisibili qō debet poni
sb̄m p̄imū illi' p̄cti manifestuz est ꝙ istud distat situ
ab alia pte istius diuisibilis. g̃ illō diuisibile nō est p̄i
mū sb̄m ꝛ adeq̄tū ipsius p̄cti. ¶ Confirmat ista rō.
qz qñ aliqō accns est in aliquo sb̄o p̄io ꝛ adeq̄to illō
accns nō plus distat situ ab vna pte istius subiecti ꝙ
ab alia. patet iductiue. sz manifestū est ꝙ ille punctus
plus distat situ ab vna pte illi' diuisibilis. quocūq; de
mōstrato ꝙ ab alia. igit̄ illud diuisibile nō est p̄m sb̄m
istius p̄cti. Ex quo patet ꝙ p̄ct' nō est aliqō accns
absolutū distinctū realit̄ ab oi diuisibili hns p̄o sb̄o
primo ꝛ adeq̄to. qō. s. est subm seipso siue per se ꝛ nō
per ptē suā. aliqō diuisibile. ¶ ꝑ. p̄ct' p̄tinuās ou-
as medietates in q̄ est subiectiue. nō pōt dari ꝙ plus
in vna medietate ꝙ in alia. uel igit̄ in utraq; ꝛ tūc idē
accns nūo eēt in plurib° subiectis nūo. qō est ipossi-
bile. Uel in neutra ꝛ per ꝓns in nullo subiectiue. Si
dicat ꝙ p̄ct' sit in aliquo idiuisibili subo sicut tactus
est p̄i' hoc nō ualet sicut ꝓbatū est p̄i'. Et iterū ꝓ-
babo. qz eēt aliqō idiuisibile. idiuisibili subo. puta in
lapide. diuidat ille lapis ꝑm illud idiuisibile. ꝛ quero.
aut illō idiuisibile manet aut nō manet. Si sic. quero
ubi manet. aut cū utraq; pte. aut in vna ꝛ nō in altera
aut sepatiz ab utraq;. Primū nō pōt dari: qz tūc aliq̄
suba vna nūo eēt in distinctis locis nō faciētib° vnuz
qō est ipossibile nāliter. Scōm nō pōt dari. qz nō est
maioz rō ꝙ nō sit in vna parte ꝙ in alia. Sil'r tertium
nō pōt dari. qz tūc nihil exns per se uel in aliquo alio
facē per se vnū: quorū utrūq; patet eē falsuz ꝛ ipossi-
bile. ¶ Scōo p̄icipaliter arguo sic. ois res positiua
ꝛ absoluta distincta realiter ab oi alia re nō faciēs per
se vnū tanꝝ ps cū alia re est per se in gñe. sz p̄ctus si
sit talis res idiuisibilis nō est ps alicui' diuisibilis. nec
faciēs per vnū cū quocūq; alio. igit̄ erit per se in aliq̄
p̄dicamēto. sed hoc est falsum: qz tūc uel eēt suba uel
q̄tas uel q̄litas uel respect'. quorū qōlibet est fal-
sum per ponētes talia idiuisibilia. Maioz illius rō-
nis est manifesta. qz qñ sunt alique res ꝑm se totas di
sticte q̄rū neutra est ps alteri'. nō est maioz rō ꝙ vna
illarū sit per se in aliq̄ p̄dicamēto ꝙ alia. sic patet idu
ctiue. ¶ Sed ad illud dicit. ꝙ p̄ctus nō est per se in
gñe sed tñ per reductionē. qz nō est nisi termin° q̄ti-
tatis. Sed illa rnsio nō ualet. primo qz tūc linea non
eēt per se in genere q̄titatis cū nō sit nisi termin° q̄ti
tatis. ¶ Si dicat ꝙ linea nō tm̄ est terminus q̄tita-
tis sed ēt q̄titas. iō per se est in gñe. Punctus aūt non
est per se q̄tas. iō nō est per se in gñe q̄titatis: sz tñ
per reductionem. hoc nō ualet. quia si punctus sit ta-
lis res indiuisibilis nō tm̄ erit terminus q̄titatis sed
erit vna res absoluta distincta realiter ꝑm se totaz ab
oi alia re ꝛ per ꝓns erit per se in aliquo p̄dicamento.

¶ Cõfirmat qz oia res absoluta z pmanens z per se vna: non tm̃ vna per aggregationẽ uel ordinẽ: est per se in aliquo p̃dicamẽto: uel est ps alicui⁹ existẽtis per se in p̃dicamẽto patet illa inductiue de oi re: nisi istes in ꝓposito: patet ẽt qz si illa maior negaret perit ois via ad ꝓbandũ aliquã rẽ eẽ per se in gñe. Sic enim de alijs dicã q aliqd nõ est per se in gñe qz est termin⁹ alicuius substãtie: sicut tu dicis: q pũct⁹ nõ est per se i genere qz est terminus alicui⁹ existẽtis per se in gñe: patet igit illa q ois res per se vna est per se in aliquo p̃dicamẽto: uel ps alicui⁹ existẽtis in p̃dicamẽto: sz pũctus nõ est ps alicui⁹ existẽtis per se in p̃dicamẽto patet inductiue: igit pũct⁹ est per se in p̃dicamẽto qõ ꝓbatũ est eẽ falsum. Ex quo sequit q pũct⁹ nõ est talis res ĩdiuisibilis. ¶ Tertio arguo sic: impossibile ẽ q sint infinite res in actu fm se totas distincte: z quarum nulla sit ps alterius nec que faciũt aliqõ vnũ. Sed si pũct⁹ eẽt talis res idiuisibilis: talia eẽnt infinita in actu: qz accipio lignũ: manifestũ est fm illos q hic sunt infinite linee: qz nõ tot q̃n ptes z quelibet illarum terminat ad aliquẽ pũctũ in actu: qz alias nulla linea terminaretur ad aliquẽ pũctũ in actu: z manifestũ est q fz se tota distinguunt si sint idiuisibilia: nec faciũt per se vnũ: cũ nõ sint ptes alicuius. Igit talia infinita erũt in actu qõ est impossibile z ꝑ oẽm philosophiã. relinquit igit q pũct⁹ nõ est talis res indiuisibilis distincta realiter ab oi diuisibili. ¶ Quarto sic: per solã distionẽ ꝓtinui nõ causat aliq̃ res positiua z absoluta: diuidat igit lignum z quero de puctis terminãtib⁹: aut ꝑus fuerũt aut nõ. Si sic certũ ẽ q nõ distabũt situ: pũct⁹ g̃ fuit imediat⁹ pũcto: qõ falsuz est etiã fm eos. Si nõ erãt ꝑt⁹ z nũc sunt. igit generant de nouo: z per ꝓns per solã diuisionẽ necessario gñaret aliq̃ res absoluta: qõ falsum est. ¶ Quinto qz per solã vnionẽ partiũ aque uł alteri⁹ cui⁹ ptes ꝑt⁹ sepate pñt ꝓtinuare nõ generat aliq̃ res noua absoluta: nec absoluta corrũpit. Sz si pũct⁹ eẽt talis res indiuisibilis necessario q̃cũq; tales ptes cõtinuarent: aliq̃ res absoluta corrumperet: puta ista duo pũcta que ꝑt⁹ terminabãt duas lineas: z generaretur noua. i. pũct⁹ ꝓtinuãs illas duas ptes: imo sequeret q infinite res absolute fm se totas distincte corrumperent z infinite gñarent sicut deduci põt per ttiã rõnez ꝓncipalẽ ꝑus factã: que oia sunt impossibilia: z p ꝓns pũct⁹ nõ est talis res idiuisibilis. Istã eandẽ ꝓclusionẽ ꝓbo per rones theologicas. ꝓmo sic: oẽm rẽ absoluta distinctã fm se totã ab alia re absoluta: cui⁹ nõ est subiectũ nec effect⁹ nec ecõuerso põt deus creare sine ea. Sed si pũct⁹ sit talis res idiuisibilis linea fm se tota distinguit a pũcto manifestũ est: qz linea non est ps pũcti: nec pũct⁹ est ps linee: nec ẽt linea est subiectum pũcti sicut ꝓbatũ est ꝑus nec ecõuerso pũct⁹ est subiectũ linee: manifestũ est: nec ẽt linea est causa pũcti nec ecõuerso sicut patet discurrẽdo per oia gña causarũ. Igitur põt deus de potẽtia sua absoluta facere lineã sine oi pũcto. Tunc quero aut illa linea est finita aut infinita. Si sit finita z sine oi pũcto. z per ꝓns frustra ponit pũctus ad terminãdũ lineã: z tn non ꝓpt aliud ponit a sic ponẽtib⁹. Si aũt linea illa nõ sit terminata nec finita z est in rez nã per casum igit est infinita qõ patet eẽ manifeste falsuz: qz nõ ꝓpt hoc erit illa linea maior uel longior: qz ille pũct⁹ est separat⁹ uel destructus: g̃ nullo mõ erit illa infinita quãtucunq; oia puncta destruant. ¶ Ꝑ. si destruant a deo oia pũcta ꝓseruata linea. quero aut illa linea est ꝓtinua aut nõ. Si sic z nõ per pũctũ: qz nõ est per casuz. igit sine oi puncto est linea ꝓtinua. z per ꝓns frustra ponitur ibi pũctus.

Si non sit ꝓtinue. quero aut aliqua pars ei⁹ sit ꝓtinua z reddit argumẽtũ ꝑcedẽs: aut nulla pars est ꝓtinua. ex quo sequit q est aliqua linea que nõ cõponit ex cõtinuis qõ est impossibile. Silr illa linea est ꝓtinua uel discreta. Si ꝓtinua habet ꝓpositũ. Si discreta ergo quelibet pars est diuisa in infinitũ quãtũ ad oẽs eius partes. qõ est impossibile. Ista aũt rõ ꝓbat q linea sufficienter est ꝓtinua z finita per nãm ꝓpriã sine oi alia re addita sibi. z per ꝓns cũ nõ ꝓpt aliud debeat poni pũctus: frustra ponit pũctus eẽ talis res idiuisibilis. ¶ Si dicat q de⁹ de potẽtia sua absoluta nõ põt facere lineã sine puncto. Contra: qñ aliqua res absoluta põt per nãm fieri sine multis rebus diuisim: ita q sine quacũq; illaꝝ sigillatim illa res põt per diuinã potẽtiã fieri sine oibus illis ꝓiũctis. ita q nullum illoꝝ sit cũ eo. qõ maxime est uerũ qñ iste res fm se totas sunt distincte realr z neutra est effect⁹ nec accidẽs alteri⁹. Sicut est de pũcto z linea. Si pũctus sit talis res indiuisibilis. sed hec linea per nãm põt eẽ sine hoc puncto z sine illo z sic de alijs z sic de quolibet. igitur põt deus facere eã sine omni pũcto. z ita habet ꝓpositũ. ¶ Ꝑ. si illud qõ dependet essentialiter ab aliquo tã effectus z accidẽs a cã a suo subiecto põt per diuinaz potẽtiã separari ab illo. multo fortiꝰ idest nõ dependet ab alio nec tanꝝ totũ nec tanꝝ accidẽs nec tanꝝ effectus ab alio põt deus facere sine eo. Sed accidens in sacro altaris ante separationẽ depẽdet a suba tanꝝ a causa z a suo sbo. z tamẽ per diuinã potentiã fit accidẽs sine subiecto. igit multofortius linea que nõ depẽdet a pũcto. nec tanꝝ a parte sua: nec tanꝝ a sbo: nec tanꝝ a sua causa: põt fieri sine eo. z ita stat ꝓmũ argumentũ. Confirmat ratio illa: qz fm phm 2° physicoꝝ. Quãtitas est per se finita uel infinita. Sed si quãtitas esset finita per rẽ aliã: sicut linea per punctũ tanꝝ per rẽ aliã: ipsa non eẽt finita per se sed per aliud. in sacro altaris ꝙtitas est separata ab oi suba. igit linea est separata ab oi sbo. Tũc quero de pũcto terminãte illam lineã: aut est separata ab oi sbo: aut nõ. si sic. igitur pũct⁹ ille z linea nullo mõ faciũt vnũ: qz nec vnũ per se: nec vnũ per accidẽs cũ neutrum sit receptiuũ alteri⁹. z per consequẽs linea non potest aliter terminari per puctum nisi sicut aqua terminat corpori solido: puta terra uel consimili. quod nõ potest competere pucto. Si autem pũctus nõ sit sine subiecto: z manifestũ est q nõ est subiectiue in substantia: cũ nõ sit ibi nisi corpus christi in quo nõ potest poni punctus. ille igitur est subiectiue in linea: sed hoc est impossibile sicut ꝓbatum est ꝓius: quia si esset subiectiue in linea uel in aliqua parte linee tanꝝ in subiecto ꝓmo z adequato z non tm̃ per partẽ. sicut hic albedo dicit esse in corte: qz est in vna parte cortis punct⁹ a nulla parte subiecti puta linee uel partis linee posset distare loco z situ sicut argumentũ est ꝓius. qõ est manifeste falsum sicut ꝓbatũ est ꝓius. Propter predicta z multa alia que possunt adduci dicerẽt ponẽtes nihil esse simpliciter indiuisibile in rebus per creationẽ omniũ partiũ realiter distinctarũ ꝑeter substãtias separatas a materia. z ꝓncipaliter aiam intellectiuaz z accidentia sua: z q punctus nõ est res indiuisibilis positiua z absoluta distincta realiter a linea z omni quãtitate. Sed dicerent q quelibet res diuisibilis seipsa formaliter est finita z terminata z ꝓtinua si sit continua sine oi alia re addita sibi cãliter ẽ terminata z finita z ꝓtinua a deo z alijs causis per se ponẽtib⁹ eã iesse quecũq; sint ille cause. vñ hec linea sine oi alia re addita sibi. imo si q̃libet alia res destrueret z hec linea ꝓseruaret a deo ue

re eēt finita terminata ⁊ ꝓtinua.⁊ iō cū talis res idiui
sibilis pp alia nō ponat vī tā ipossibile q̄ supfluū po
nere punctū eē talē rē indiuisibilē. ¶ Et si queriē q̄d
est p̄ctus.aut est res diuisibilis. dicēduz est q̄ sic di-
cēdo p̄ct⁹ est aliq̄d uel p̄ct⁹ est res uel hī⁹. Si p̄ct⁹
supponat ꝓ aliq̄ ita q̄ hēat p̄cise vim nois ⁊ vbo uel aliq̄ cō
dat eq̄lentē vnū cōplexū ex noie ⁊ vbo uel aliq̄ cō
simile qō fm ꝑtatez uocis pōt reddē suppositū vbo
debet ꝓcedi q̄ p̄ctus est aliq̄d ⁊ q̄ punctus est res:⁊
hoc q̄ debet concedi q̄ punctus est linea uel p̄ctus
est quātitas.q̄ tūc hoc nomē p̄ctus equiualebit isti.
linea tāte uel tāte lōgitudis.siue linea nō ulteri⁹ ꝑtē-
sa uel extēsa uel alicui toti cōplexo ex noie ⁊ vbo me
diāte ꝓiūctiōe uel aduerbio uel hoc ꝓnoie que fz qō
placet dare diuersas diffinitiōes exprimētes q̄d nois
illi⁹ nois punct⁹.⁊ iō sicut hoc p̄dicatū res diuisibilis
p̄dicaī de tali sbo.⁊ per ꝓñs de cōposito ex adiectiuo
⁊ substātiuo ita ꝓedicaī de puncto. Unde sicut dicūt
aliq̄ q̄ hoc nomē ꝑuatio eq̄let in significando huic
toti sbz ꝑuatū.⁊ pp hoc sicut ꝓcedūt istā sbm ꝑuatū
est mā.ita ꝓcedūt illā ꝓuatio est mā.ita si hoc nomē
p̄ct⁹ in significādo equiualet isti toti.linea nō ulteri⁹
ꝓtēsa uel alicui ꝓsilī cui⁹ vna ps sit linea ⁊ alie ptes
sint aliq̄ adiectiua uel uerbū ꝓiūctū cū linea mediāte
hoc ꝓnoie que uel altero ꝓsilī sīc hec ꝓcedit.linea ē di
uisibilis:ita illa ꝓcedit de vtute sigtiōis p̄ct⁹ ē linea
p̄ct⁹ est diuisibilis. Quicq̄d eni vificat de hoc noie li
nea sumpto sigtiue vificat de hoc noie p̄ct⁹ sūpto si-
gnificatiue:⁊ hoc de vtute significatiōis loq̄ndo.hoc
tñ nō obstāte vna ꝓpositio in qua subīcit hoc nomen
p̄ct⁹ poterit eē per se:⁊ alia in qua ponit hoc nomē
nō erit per se ⁊ ecōuerso.sicut d̄cq̄d p̄dicaī de vno cō
uertibiliū sūpto significatiue vificat de reliq̄ sūpto si-
gnificatiue.⁊ tñ vna illaꝝ per se ⁊ nō relique.vñ hec
est per se ꝑmo mō oīs hō est aial.⁊ nō illa oē risibile ē
aial. Si aūt hoc nomē p̄ct⁹ equalebit in signādo ali-
cui cōposito ex noie uel vbo uel ꝓiūctiōe uel aduer-
bio:⁊ hoc ꝓnoie qui uel ex obliq̄ ⁊ vbo cōposito.qō
fm ꝑtatē fmonis non pōt reddē suppositū vbo lo-
quēdo grāmatice.⁊ per ꝓñs ois oro in qua ponis nō
est fz ꝑtatē:sz est figurativa locutio ⁊ pōt reduci ad
figurā que uocat a grāmaticis ippaloge.de qua dicūt
q̄ ippaloge est ꝙuersio casuū uel ꝓstructiōis uel aliq̄
toti⁹ sentētie. Sic debet ꝓcedi q̄ p̄ct⁹ est res idiuisi-
bilis ⁊ p̄ct⁹ nō hēt ptes ⁊ hī⁹. Sz ille ꝓpōnes ⁊ ꝓsi-
miles nō sunt ꝓcedēde fm ꝑtatē fmōis tanq̄ ꝑe nō
excusāde per aliquā figurā grāmaticalē.⁊ per ꝓñs nō
est ex eis arguēdū in iuestigatiōe vītatis nisi ipsis ac-
ceptis fz sensuz quē hñt ex intētiōe auctoꝝ sz ꝓcedē
de sunt sub illo sensu quē hñt ex hoc q̄ per p̄dictā fi-
gurā excusant.eo videlz q̄ vna dictio ponit loco vni⁹
oronis uel cōpositi ex multis dictionib⁹ ⁊ sīl cuz hoc
opz ꝙuertē oronē trāsponēdo ⁊ ēt mutādo aliq̄n vnā
partē orationis in aliā:⁊ aliquādo vnam dictionē in
aliam ⁊ casum in casuz uel vnū accidens grāmaticale
in aliud: uel ꝓsimili modo ꝙuertendo.ut sensus illius
ꝓpōnis p̄ct⁹ est idiuisibilis.sit ille.linea ultra nō ꝑtē
dit.cui⁹ tñ quelibet ps est diuisibilis uel ali⁹ ꝓsilis sen-
sus fm qō placet p̄dictā ꝓpōnē exponē. Sensus aūt
isti⁹ ꝓpōnis p̄ct⁹ est diuisibilis.sit ille uel aliqs ꝓsilis
sensus quacūq̄ ꝑte linee data adhuc ꝙuenit accipe ul
teriorē.⁊ sicut dī de istis ꝓpōnib⁹.ita dicēdum est de
ꝓsilib⁹.⁊ nō tñ ē hoc uerū de hoc noie p̄ct⁹.uerū ēt
de oīb⁹ noīb⁹ uerbalib⁹ ⁊ oīb⁹ noīb⁹ fōrātis ab aduer-
bijs:ꝓiūctionib⁹:.ꝓnoīb⁹:ꝓpositiōib⁹.⁊ ulr ab oībus
sincathegoreumatib⁹.⁊ ulr ab oīb⁹ que nō sunt p̄cise
hñtia vtutē nois. Ita q̄ sine oi figura ⁊ ꝑtate fmōis
nō pñt eē extrema ꝓpōnis distincta a copula. Et fm
hoc oēs tales.actio est in passo motus est in mobili.
silitudo ē in sīli. albedo est termin⁹ mot⁹.ois res ꝑdu
cīt per ꝑductionē:ignis calefacit calefactiōe.⁊ hī⁹ in
numerabiles ꝓpōnes que iueniūtur in dictis phoꝝ ⁊
sanctoꝝ:⁊ ēt in scriptura sacra sūt figuratiue per aliq̄
figurā grāmaticalē excusande. Nec est incōueniēs cō
cedē q̄ phī ⁊ sancti sic figuratiue loquebant cū multa
talia in sacra scriptura reperiant.nō tñ accipiēdo dicta
sacre scripture in sensu spūali.sed ēt in sensu lrali.imo
ēt frequent vulgaris ⁊ cōis modus loquēdi talib⁹ fi-
guratiuis locutiōib⁹ utīt.sicut per dicta grāmaticoꝝ
de talib⁹ tractantiū pōt ꝑbari.vnde nō tm dictio pōt
trāsferri a ꝑa sigtione ad ipoꝓziā.sz ēt aliqñ dantur
uocabula que nullā ꝓpziā significationē hñt qualē ꝓ
īstituta hñt. Et sicut trāslatio fm grāmaticos fit tri-
plici de cā.q̄ aliqñ cā metri sicut in poetis. aliqñ cā
ornat⁹ sicut in rhetorica locutiōe.aliqñ cā necessitatis
siue breuitatis siue utilitatis sicut in phīa ⁊ oīb⁹ istis
modis fit trāslatio in theologia. Ita impositio taliuz
noiuz siue sint abstracta siue ꝓcreta fit triplici de cā.s.
metri:ornat⁹:⁊ utilitatis:siue breuitatis:q̄uis ex pre
dictis causis occasiōaliē multi errores ꝙueniūt in sim
plicib⁹:qui oia dicta phoꝝ ⁊ sctoꝝ fm ꝑtatē fmōis
uolūt accipe:cū tm sint figuratiue sumenda. ¶ Scōs
articulus ꝓncipalis. Sz ꝓtra p̄dicta arguit q̄daz do-
ctor p⁹ sic. Ex illa opione sequit q̄ gnātio subita que
nō est per se termin⁹ ꝓtinui nihil erit uel saltē in nihilo
qz nō est ei aliq̄ alia mēsura positiua.⁊ ita est de illumi
natiōe ⁊ de oīb⁹ mutationib⁹ subitis que nō fūt per se
termini mot⁹. Et lz pñt euadere de mutatiōib⁹ que sī
termini motuū ⁊ fiūt in istāti sicut in nihilo uel ꝑua-
tio ꝓtinuitatis in ꝑuatiōe ꝓtinuitatis.tñ de istiꝫ videt
absurdū:qz nō sunt termini ꝓtinuitatis alicui⁹ ꝓtinui.
qz nihil sunt alicui⁹ cōtinui nec positiue nec ꝓuatiue.
¶ Ꝑ.ꝓmo posterioꝝ.rō linee est ex p̄ctis.hoc est
i rōne eēntialī linee cadit p̄ct⁹ que rō dī linea in ꝓ-
mō dicēdi per se.nulla aūt ꝑuatio per se ptinet ad ra-
tionē eēntialē positiui. ¶ Tertio ex eodē sequit q̄ si
p̄ct⁹ tm est ꝑuatio q̄ linea tm erit ꝑuatio ⁊ supficies
⁊ corp⁹.semp eni terminatū diffinit per terminans ⁊
positiuū nō ꝛcludit essentialr ꝑuationē. ¶ Quarto ꝑ
illā opionē vī eē Alg⁹.in p̄dicamētis.ubi dicit q̄ ptes
linee terminant ad p̄ctū tanq̄ ad terminationez.sed
termin⁹ semp est aliō ab illo qō terminat ad ipm.igit
p̄ct⁹ est talis res idiuisibilis. ¶ Quito phs ꝑ⁹ phīsi
p̄ct⁹ est talis res idiuisibilis. ¶ Quito phs ꝑ⁹ phīsi
cozp⁹ termin⁹ indiuisibilis nō infinit⁹ est.ex quo vult q̄
p̄ctus:qz est idiuisibilis neq̄ est finitus neq̄ ifinit⁹.
¶ Sexto phs 4⁹ phīsicoꝝ.ubi ꝓbat q̄ locus nō est
cozp⁹.dic q̄ neq̄ vnā hēm⁹ p̄cti ⁊ loci p̄cti.igit fm
eū p̄ct⁹ est aliqō distinctū a reb⁹ diuisibilib⁹. ¶ 7⁹ fm
phm 2⁹ phīsicoꝝ.illa tāgūt se quoꝝ ultima sūt sīl.igit
duo ultia duaꝝ lineaꝝ tāgētiū se sunt sīl.sz nulle due
ptes istaꝝ lineaꝝ sunt simul nec ipse linee sunt sīl.igit
ꝑter lineas ⁊ ptes eaꝝ sunt alia que sūt simul que nō
pñt eē nisi p̄cta idiuisibilia. ¶ Octauo.8⁹ ⁊ 6⁹ phīsi
coꝝ dicit q̄ ꝓtinue sunt illa quoꝝ ultima sunt vnū:q̄
duo ultima duaꝝ medietatū in linea vna sunt vnū:sz
manifestū est q̄ nec ille medietates nec aliq̄ ptes eaꝝ
sunt vnū.igit ꝑter illa sunt aliq̄ que sunt vnu. ¶ No-
no phs ibidē ponit q̄ linea est diuisibilis ⁊ p̄ctū idi
uisibile.⁊ hoc per hoc ꝓbat q̄ linea nō cōponit ex p̄ū
ctis.nec aliqō ꝓtinuū ex idiuisibilib⁹:qō ēt uanū nisi
eēnt talia idiuisibilia ꝑter ꝓtiua. ¶ Decio phs ibidē
dicit q̄ qñ aut iptibile idiuisibile est necesse est totuz

